Cë
1040

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0001-3

C. 218.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0004-0

# APOLLONII
# DYSCOLI
ALEXANDRINI GRAMMATICI
# HISTORIAE
# COMMENTITIAE
# LIBER,
SIVE
## HISTORIAE MIRABILES
GRAECE ET LATINE

CUM NOTIS

GUILIELMI XYLANDRI

ET

JOANNIS MEURSII

EMENDAVIT SUASQUE NOTAS

ADJECIT

LUDOVICUS HENRICUS TEUCHERUS.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO GLEDITSCHIANO

CIƆIƆCCXCII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0005-6

KŒNI.FRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0006-2

LECTORIBUS.

Pauca lectores admonendi ſunt, priusquam ad hunc Apollonii libellum, qui denuo editus ipſis exhibetur, perlegendum accedant. Titulum inſcripſimus Hiſtoriæ commentitiæ liber, ſive Hiſtoriæ mirabiles, quod propterea fecimus, tum ne ſi quis eum librum ſub hoc et illo titulo citari videret, opuſcula duo diverſa eſſe crederet, tum quoniam in eo revera non tantum hiſtoriæ minus veriſimiles, verum etiam res naturales iis, qui cauſas earum ſtudioſius inquirunt, ſatis mirabiles obſervatæ continentur. Quod Joannes Meurſius appoſuit Syntagma de Apolloniis, id notis noſtris auctum præmiſimus, ut ampliorem et uberiorem lectoribus notitiam ſcriptorum hujus nominis traderemus. In contextu Græco conſtituendo multum nos adjuvit opera Meurſii, cujus emendationes pleraſque recepimus, quoniam verbis eorum auctorum, ex quibus hauſit Apollonius, confirmantur:

 non-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0007-7

nonnulla vero nobis reliquit viri induſtria, atque etiam in nonnullis ab eo diſceſſimus, quæ omnia lectores ſuis locis conſpicient. Emendavimus porro Latinam interpretationem a Guilielmo Xylandro factam, ejusque notulis et copioſioribus Meurſii annotationibus adjecimus noſtras, quibus non ſolum de verborum lectione commodiore diximus, verum etiam res ipſas explicare et illuſtrare ſumus conati. Quodſi lectoribus non plane diſplicebit opera, quam in hac editione adornanda impendimus, aut ſi etiam ipſis aliquam utilitatem afferet, ea de re nobis impenſe gratulabimur, eademque magnopere incitabimur, ut ad Græcas literas excolendas in poſterum eo majore ſtudio et diligentia incumbamus. Scr. Lipſiæ menſe Majo anni CIↃIↃCCXCI.

JOAN-

# JOANNIS MEURSII
# APOLLONIUS,
S I V E
D E
ANTIQUIS EJUS NOMINIS
SCRIPTORIBUS
EORUMQUE OPERIBUS
SYNTAGMA
NOTIS AUXIT
LUDOVICUS HENRICUS TEUCHERUS.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0009-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0010-3

Scriptores Apollonii nomine apud veteres fuere plures. Recenſebo, quotquot mihi obſervati. Primus vero in hoc ordine collocabitur

Apollonius *Acharnenſis*. Scripſit περὶ τῶν ἑορτῶν. Harpocration in Πέλανος. Ἀπολλώνιος δ' ὁ Ἀχαρνεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν Ἑορτῶν ὅτω γράφει. Atque ex hoc opere eſt, quod laudat idem in Χαλκεῖα. Τὰ χαλκεῖα ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, τῇ Ἀθηνᾷ ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἔνῃ καὶ νέᾳ, χειρώναξι κοινὴ, μάλιςα δὲ χαλκεῦσιν, ὥς φησὶν Ἀπολλώνιος ὁ Ἀχαρνεύς. Item quod Scholiaſtes Ariſtophanis Nubibus: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς διακρίνει τὰ Διάσια ἀπὸ τῆς τȣ̃ Μειλιχίȣ Διὸς ἑορτῆς.

Apollonius *Aegyptius*. a) Vide infra, *Apollonius Memphites*.

Apollonius *Alabandenſis*, *Malacus*. Hic Alabanda poſtea Rhodum ſe recepit. Strabo lib. XIV. Ποσειδώνιος δ' ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐσοφίςευσεν, ἦν δ' Ἀπαμεὺς, ἐκ τῆς Συρίας, καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς, καὶ Μόλων· ἦσαν

 γὰρ

a) Citat etiam Apollonium de Aegyptiis loquens Athenæus V. Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τὸ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶν συμποσίων γένος, καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλώνιος περὶ τȣ́των γεγραφώς.

γὰρ Ἀλαβανδεῖς. Et meminit mox iterum ejusdem: Καὶ δὴ καὶ ὁ Μαλακὸς Ἀπολλώνιος, σκώπτων τὴν πόλιν εἴς τε ταῦτα, καὶ εἰς τὸ τῶν σκορπίων πλῆθος, ἔφη αὐτὴν εἶναι σκορπίων κανθήλιον κατεστρωμένον.

Apollonius *Alabandenſis*, *Molon.* Rhetor erat. Cicero de Orat. lib. I. *Illud vero, quod a te dictum eſt, eſſe permulta, quæ orator, niſi a natura haberet, non multum a magiſtro adjuvaretur: valde tibi adſentior, inque eo vel maxime probavi ſummum illum doctorem, Alabandenſem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos judicabat non poſſe oratores evadere, operam apud ſeſe perdere, dimittebatque, et ad quamcumque artem putabat eſſe aptum, ad eam impellere, atque hortari ſolebat.* Hic Μόλων cognomento dicebatur, et Alabanda Rhodum tranſierat. Strabo lib. XIV. Ποσειδώνιος δ' ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐσοφίστευσεν, ἦν δ' Ἀπαμεὺς, ἐκ τῆς Συρίας, καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς καὶ Μόλων· ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς. Corruptus hac de re mox ejus locus: Ἄνδρες δ' ἐγένοντο λόγου ἄξιοι δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, οὗ ἐμνήσθημεν μικρὸν ἐπάνω, καὶ Ἱεροκλῆς, οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ τε Ἀπολλώνιος, καὶ ὁ Μόλων. Quaſi duo fuiſſent, Apollonius et Molo. Reſtituo levi transpoſitione. ὅ τε Ἀπολλώνιος, ὁ καὶ Μόλων. Priore loco nimis ſe torquet vir inſignis, et neutrum recte emendat. Eſt ille ipſe, de quo antea Cicero dixit libro

bro citato: *Hæc quum ego prætor Rhodum veniſſem, et cum ſummo illo doctore iſtius diſciplinæ Apollonio, ea, quæ a Panætio acceperam, contuliſſem, irriſit ille quidem, ut ſolebat, philoſophiam.* Quintilianus Inſtit. Orat. lib. III. cap. I. *Multa poſt Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius.* Ac eſſe hunc ipſum, de quo Cicero, fidem facit idem Quintilianus lib. XII. cap. VI. *Uſus eſt et hac ratione M. Tullius, et quum jam clarum meruiſſet inter patronos, qui tum erant, nomen, in Aſiam navigavit, ſeque et aliis ſine dubio eloquentiæ ac ſapientiæ magiſtris, ſed præcipue tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, Rhodi rurſus formandum ac recoquendum dedit.* Joſephus contra Apionem lib. II. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, καὶ Λυσίμαχος, καί τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν, περί τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωσέως, καὶ περὶ τῶν νόμων πεποίηνται λόγους οὔτε δικαίους, οὔτε ἀληθεῖς. Et occurrit illic pluries. Suetonius Julio cap. IV. *Rhodum ſecedere ſtatuit, et ad declinandam invidiam, et ut per otium ac requiem Apollonio Moloni, clariſſimo tunc dicendi magiſtro, operam daret.* Ita libri Regii omnes, teſte Caſaubono; et alii veteres, quibus uſus Pulmannus, excepto Aldino uno, et Roberti Stephani altero. Certe Molonem ipſe Cicero vocat in Bruto; *Eodem anno Moloni Rhodio Romæ dedimus operam.* Et mox: *Quibus non contentus, Rhodum veni, meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem applicavi.* Et habes ibi pluries, quemadmodum etiam in Epiſtolis ad Atticum. Plu-

 tarchi

tarchi in Cæſare et Cicerone, manifeſtus eſt error; et, qui eum ſequitur in Homericis Quæſtionibus, Porphyrii: b) ac vellem virum certe eximium erroris ſui non tam pertinacem eſſe.

Apollonius *Alexandrinus*, c) *Major.* Hic Sillei filius, Callimachi diſcipulus, Euphorioni, Timarcho, et Eratoſtheni æqualis, cui etiam in præfectura Bibliothecæ Alexandrinæ ſucceſſit, ſub Ptolemæo Evergeta. Scripſit Ἔπη. Suidas: Ἀπολλώνιος. Ἀλεξανδρεὺς, ἐπῶν ποιητὴς, διατρίψας ἐν Ῥόδῳ, υἱὸς Σιλλέως. μαθητὴς Καλλιμάχου, σύγχρονος Ἐρατοσθένους, καὶ Εὐφορίωνος, καὶ Τιμάρχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος, καὶ διάδοχος Ἐρατοσθένους γενόμενος ἐν τῇ προστασίᾳ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης.

Apollonius *Alexandrinus*, *Minor*, *Dyſcolus cognominatus.* Anonymus in ejus vita: Ἀπολλώνιος οὗτος Ἀλεξανδρεὺς μὲν ἦν τὸ γένος, μητρὸς μὲν, Ἀριάδνης· πατρὸς δὲ, Μνησιθέου. De cognomento

b) Ex his Porphyrii quæſtionibus colligas, Apollonium hunc in Homerum ſcripſiſſe nonnulla. *Λύει καὶ τὴν ἀπορίαν αὐτὸς ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος παρίστησι.* Ex Rhetorico quodam illius ſcripto definitionem figuræ promit Phœbammon lib. I. *Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ διαπίκτην Μόλων ὡρίσατο· σχῆμα ἐστι μεταβολὴ εἰς ἡδονὴν ἐξάγουσα τὴν ἀκοήν.*

c) Idem eſt qui poſtea memorabitur ſub nomine Apollonii Rhodii.

mento Dyſcoli mox ibidem: Ἐκλήθη δὲ Δύσκολος, ἐπεὶ καὶ δυσχερής ἐστι κατὰ τὴν φράσιν, δι' ὀλίγων δὲ λέξεων πολλὰ παριστᾷ νοήματα, ἢ ὅτι κακότροπος ἦν, ἢ ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις δυσλύτους ἀπορίας ἔλεγεν· ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις σοφοῖς εἰς ἕνα τόπον συνέρχεσθαι, καὶ γυμνασίας χάριν αἰνιγματώδεις τινὰς καὶ ἀσαφεῖς λέξεις φθέγγεσθαι. d) Romam venit Imperatore M. Antonino. e) Idem ibidem: Ἀφίκετο δὲ ἐς Ῥώμην ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου, καὶ διέγραψε ἐκεῖσε τὰ κάλλιστα, καὶ τοσοῦτον, ὅσον καὶ φίλος τῷ Μάρκῳ γέγονεν. Suidas: Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ κληθεὶς Δύσκολος, πατὴρ Ἡρωδιανοῦ τοῦ τεχνογράφου, γραμματικοῦ· ὃς ἔγραψε τάδε· f) περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λόγου μερῶν, βιβλία τέσσαρα· περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, δ'· g) περὶ ῥήματος, ἤτοι

d) De more veterum quæſtiones in conventibus exercitationis cauſa proponendi vide Voveri Polymath. cap. X. Forte veriſſimum eſt, ita eum dictum fuiſſe ob egeſtatem, et vitam inopem, quæ δύσκολος Græcis appellatur, ut apud Ariſtophanem in Pluto ψυχρὸς βίος καὶ δύσκολος. Idem auctor vitæ ejus: Τοσοῦτον δὲ ἦν πένης ὁ Ἀπολλώνιος, ὡς ἐν ὀστράκῳ γράφειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα, διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν χάρτας πρίασθαι.

e) Primum docuit Alexandriæ temporibus Hadriani et Antonini Pii, et magnam inter Grammaticos conſecutus eſt nominis celebritatem.

f) Incertum hujusne partes operis fuerint quae Apollonio ipſo in Syntaxi memorantur περὶ ἄρθρων, περὶ προσακτικῶν, περὶ μετοχῶν, περὶ ἐπιῤῥημάτων, et περὶ τῶν συνδέσμων.

g) Librum laudat Priſcianus libro XVII.

ἤτοι ῥηματικῶν, ἐν βιβλίοις έ. h) περὶ τῶν εἰς μι ληγόντων ῥημάτων παραγώγων· βιβλίον ἕν· περὶ ῥημάτων. ἤτοι ὀνοματικὸν, ἕν· περὶ ὀνομάτων, κατὰ διάλεκτον· περὶ τῆς ἐν θηλυκοῖς ὀνόμασιν εὐθείας, ἕν· περὶ παρωνύμων, ἕν· περὶ συγκριτικῶν· περὶ διαλέκτων, Δωρίδος, Ἰάδος, Αἰολίδος, Ἀτθίδος· περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν· περὶ κατεψευσμένης ἱςορίας· περὶ παθῶν· περὶ τόνων κατηναγκασμένων, βιβλία δύο· περὶ τόνων σκολιῶν; βιβλίον ἕν· περὶ προσῳδιῶν, έ· περὶ ςοιχείων· περὶ προθέσεων· περὶ τῶν Διδύμȣ πιθανῶν· περὶ συνθέσεως· περὶ διαφορȣμένων· περὶ τȣ τίς· περὶ γενῶν· περὶ πνευμάτων· περὶ κτητικῶν· περὶ συζυγίας. Ubi habes Operum ejus quaſi indicem. Ex quibus illud tantum exſtat, quod ſecundo loco ponitur. Περὶ συντάξεως τῶν τȣ λόγȣ μερῶν, δ'. i) Item iſtud, περὶ κατεψευσμένης ἱςορίας, k) quod hic edi-

h) Περὶ ῥήματος, ἤτοι ῥηματικῶν, libri V. fuerunt. Scholiaſtes MS. ad Dionyſium Thracem: ὁ δὲ Διονύσιος, ὡς φησὶν Ἀπολλώνιος, ἐν τῷ ῥηματικῷ ȣ̈τως ὁρίζεται· ῥῆμα ἐςὶ λέξεως κατηγόρημα εὐθύ. Priſcianus lib. VIII. *Apollonius ſummus auctor artis Grammaticæ docens in primo libro de verbo.*

i) Optime editum eſt a Friderico Sylburgio cum notis ejus et Franciſci Porti, cujus addita eſt Latina interpretatio adjunctis Photii excerptis libris duobus Chreſtomathiæ Procli Grammaticæ, cum verſione et notis Andreæ Schotti Francofurti apud Andreæ Wechelii hæredes CIƆIƆXC. 4.

k) Primum liber hic ſub titulo Hiſtoriarum mirabilium a Guilielmo Xylandro Græce cum ejus verſione Latina et annotatiunculis editus eſt ſimul cum Antonini Liberalis

edimus; et titulum temere a librariis olim immutatum, nunc aſſertum primi imus. Illud autem, *περὶ παρωνύμων*, citat quoque Conſtantinus Porphyrogeneta de Adminiſtr. Imp. cap. XXIII. Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς Παρωνύμοις φησὶν, ἀπὸ γενικῆς εὐθεῖαι παράγονται. Περὶ παθῶν. Etymologici Auctor in Ἀρίστυλλος Οὕτως Ἡρωδιανὸς εἰς τὴν Ἀπολλωνίου εἰσαγωγὴν, ἢ περὶ Παθῶν. Stephanus in Καρία. Ἀπολλώνιος διὰ τοῦ ι φησὶ μακροῦ, ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Παθῶν. Περὶ τόνων. Laudat ipſe lib. II. Ἐν τῷ περὶ Τόνων ἀκριβέστερον τὰ τοιαῦτα ἐπεδείξαμεν. Περὶ γενῶν. Ipſe lib. I. Πρὸς οὓς ἀντείρηται διὰ πλειόνων ἐν τῷ περὶ Γενῶν. Et poſtea iterum: Καθότι παρεστήσαμεν καὶ ἐν τῷ περὶ Γενῶν. Stephanus in Καρία. ᾽ πολλώνιος διὰ τοῦ ι φησὶ μακροῦ, ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Παθῶν, καὶ ἐν τῷ περὶ Γενῶν. Et mox: Ὑπομνηματίζων δὲ τὸ περὶ Γενῶν Ἀπολλωνίου, διὰ τοῦ ι μακροῦ. Περὶ πνευμάτων. Ipſe lib. IV. Ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ περὶ Πνευμάτων ἠκριβώσαμεν. Περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν. Ipſe lib. V. Τὰ ἁπλᾶ καὶ παρασύνθετα μιᾶς ἔχεται ἀναλογίας, ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ Σχημάτων. Sunt et alia opera nonnulla, Suidæ minime indicata, in his, περὶ Ὀρθογραφίας. Ipſe

ralis Transformationum Congerie, Phlegontis Tralliani de Mirabilibus et Longævis libello, et ejusdem de Olympiis fragmento, et Antigoni Caryſtii Mirabilium Narrationum Congerie, ac M. Antonini de vita ſua libris XII. Baſileæ CIϽIϽLXVIII. et deinde ſub titulo Hiſtoriæ commentitiæ a Joanne Meurſio Græce et Latine cum ejus commentario Lugduni Batavorum CIϽIϽCXX. 4.

Ipſe lib. III. Τῦ τοιύτυ ἐντελέςερον ἀποδεικνυμένυ ἐν τῷ περὶ Ὀρθογραφίας. Citantur quoque alia eidem in illo, quod habemus, opere, ſed quæ ego partes cenſeo iſtius, quod inſcripſerat, περὶ μερισμῦ τῶν τῦ λόγυ μερῶν. l)

Apollonius *Antiochenus*, vide infra *Apollonius Herophileus.*

Apollonius *Aphrodiſienſis*. De eo Suidas: Ἀπολλώνιος, Ἀφροδισιεὺς, ἀρχιερεὺς, καὶ ἱςορικὸς, γέγραφε Καρικὰ, περὶ Τράλλεων, περὶ Ὀρφέως, καὶ τῶν τελετῶν αὐτῦ. Ita locum illum reſtituendum eſſe arbitror. Quod attinet ad ejus Καρικὰ, fuit ingens opus, citatque ejus lib. IV. Stephanus in Βάργασα, VII. in Χρυσαορὶς, XV. Etymologici Auctor in Ἄρπασος, XVI. iterum Stephanus in Ἄγκυρα, XVIII. in Χωλὸν τεῖχος.

Apollonius *Archebii, ſive Archebuli, filius.* m) Suidas unicum ejus opus commemorat. Ἀπολ-

l) In Bibliotheca Regia Pariſienſi exſtant præterea MSS. ejusdem Apollonii opuſcula tria, περὶ ἀντωνυμιῶν, περὶ ἐπιῤῥημάτων, et περὶ παρωνυμιῶν, quæ digna edi judicat Kuſterus ad Suidam, et ex quibus producit initium libri de pronomine, in quo allegantur Ariſtarchus, Dionyſodorus Trœzenius, et Tyrannio.

m) Apollonius Alexandrinus Archebuli ſive Archebii pater an filius, Auguſto imperante clarus: fuit Apionis Pliſtonicæ præceptor. Suid. in Ἀπίων.

Ἀπολλώνιος, Ἀρχεβόλε, ἢ Ἀρχεβίε ἔγραψε περὶ λέξεων Ὁμηρικῶν, κατὰ ϛοιχεῖον. n)

Apollonius *Aſcalonites*. Hic Hiſtoricus fuit. Stephanus in Ἀσκαλὼν, ubi recenſet viros claros, Aſcalone oriundos. Πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῆς κεχρηματίκασι, φιλόσοφοι μὲν, Ἀντίοχος ὁ Κύκνος, καὶ Σῶσος, καὶ Ἀντίβιος, καὶ Εὔβιος, ϛωϊκοὶ ἐπιφανεῖς, γραμματικοὶ δὲ, Πτολεμαῖος, Ἀριϛάρχε γνώριμος, καὶ Δωρόθεος. ἱϛορικοὶ, Ἀπολλώνιος, καὶ Ἀρτεμίδωρος.

Apollonius *Athenienſis*. Sophiſta fuit, vixitque ſub Severo Imperatore, ut diſcere licet ex Philoſtrato, qui eum quoque recenſet Sophiſt. lib. II. Operum ejus fuit, Καλλίας. Philoſtratus loco citato: Παραλλάττει δὲ ὅμως εἰς ῥυθμὲς ἐμμέτρες τε, καὶ ἀναπαίοντας· ὃς εἰ φυλάξαιτο, σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγγελίαν δοκεῖ, καὶ βεβηκώς· τετὶ δὲ ἐϛιν εὑρεῖν καὶ ἐπ᾽ ἄλλων μὲν ὑποθέσεων, μάλιϛα δὲ ἐπὶ τε Καλλίε, ᾧ ἀπαγορεύει τοῖς Ἀθηναίοις, πυρὶ μὴ θάπτειν. Atque hic fortaſſis eſt, quem inter doctores ſuos recenſet Antoninus Imp. τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. I. Παρὰ Ἀπολλωνίε, τὸ ἐλεύθερον, καὶ ἀναμφιβόλως ἀκύβευτον. Niſi quis de Apollonio Naucratite, ipſi coætaneo, de quo mox agam, accipiendum

n) Hic liber e Codice Pariſienſi ſub titulo Lexici Homerici editus eſt Græce et Latine a Villoiſono Pariſiis CIↃIↃCCLXXIII. 4. et Græce ab Hermanno Tollio Lugduni Batavorum CIↃIↃCCLXXXVIII. 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0019-7

piendum eſſe exiſtimet. Alius fuit Athenienſis Sotadis filius, de quo infra.

Apollonius *Attalenſis*. Scripſit Ὀνειροκριτικά. Artemidorus Onirocrit. lib. I. cap. XXXIV. Μαρτυρήσει δ' ἂν καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτταλεὺς, ἐν δευτέρῳ τῆς ἑαυτȣ̃ συντάξεως, πολλὰ περὶ τȣ̃ ὀνείρȣ τȣ́τȣ λέγων. Iterum lib. III. cap. XXVIII. Διὰ μακρȣ̃ δὲ τὸν ὕπνον τȣ̃τον ἐξείργασαι ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτȣ̃ συντάξεως Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτταλεύς.

Apollonius *Chalcedonius*. o) Hic Philoſophus fuit, e Stoicorum ſecta, Antonini Philoſophi præceptor. Videndus de eo Julius Capitolinus in Antoninis, Pio, et Philoſopho, item Euſebius Chron. II.

Apollonius *Cittieus*. Hic medicus fuit. Strabo extremo XIV. Εἶτα κολπώδης, καὶ τραχὺς, παράπλȣς ἐς Κίτιον· ἔχει δὲ λιμένα κλειςόν· ἐντεῦθέν ἐςι Ζήνων τε, ὁ τῆς ςωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης, καὶ Ἀπολλώνιος ἰατρός. Meminit ejus Erotianus: Ὡς δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Κιττιεὺς ἱςορεῖ. Scripſit libros XVIII. πρὸς τὰ Ταραντίνȣ τρία, πρὸς Βακχεῖον. Idem Erotianus: Ἀπολλωνίȣ δὲ τȣ̃ Κιττιέως ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰ τȣ̃ Ταραντίνȣ τρία πρὸς Βακχεῖον

o) Apollonius Calchedonenſis ſive Calchidenſis (utrumque enim dixiſſe veteres notatum a Sirmondo ad Sidonium) Bithynus, præceptor Veriſſimi Imperatoris et Marci Luciique Cæſarum.

χεῖον διαγράψαντος. Item περὶ ἄρθρων. Mox apud eundem Erotianum: ὁ δὲ Κιττιεὺς Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, σιγμοειδῆ ἐγκοπήν. Περὶ ἐπιληπτικῶν. Cælius Aurelianus Chron. lib. I. cap. IV. *Quod eſt nudum, atque probabile, ex conſcriptione curationum Apollonii Citienſis, libro ſecundo* de epilepticis.

Apollonius *Dyſcolus*, vide ſupra *Apollonius Alexandrinus Minor.*

Apollonius *Glaucus.* Scripſit *de Interioribus.* Cæl. Aurelianus Chron. lib. IV. cap. VIII. *Apollonius Glaucus libris quos* de Interioribus *ſcripſit, rejectos rotundos lumbricos initio ſignificare (ait) indigeſtionum frequentiam.*

Apollonius *Grammaticus.* Ejus fuit Κατάλογος νεῶν. Citatur ab Homeri Scholiaſte in Iliad. IX. Ἡ δὲ ἱστορία ἀκριβέστερον εἴρηται παρά τε τοῖς ἄλλοις, καὶ παρὰ Ἀπολλωνίῳ τῷ Γραμματικῷ ἐν Καταλόγῳ νεῶν. p)

p) Idem ſcripſit etiam ἐξήγησιν de vita Aeſchinis, et duplex argumentum in Orat. adverſus Timarchum. Ejusdem Apollonii Grammatici ἐξήγησιν Ἡροδότου γλωσσῶν laudat auctor Etymologici MS. in σοφιστὴς et κωφός. Ex ea deſumtam eſſe putat Mauſſacus particulam ἐξηγήσεως in Herodotum, quæ nonnullis Herodoti editionibus præfigitur. Citantur etiam in Scholiis Græcis ad Apollonium Rhodium Apollonii λέξεις et πρῶτον ὑπομνημάτων.

Apollonius *Herophileus.* q) Scripſit περὶ μύρων. Athenæus lib. XV. Γίνεται δὲ μῦρα κάλλιςα κατὰ τόπȢς, ὡς Ἀπολλώνιος φησὶν ὁ Ἡροφίλειος ἐν τῷ περὶ Μύρων. Item Εὐπόριςα φάρμακα. Galenus de Comp. Med. per partes, lib. III. Ἀπολλώνιος ὁ Ἡροφίλειος ἐν τῇ τῶν Εὐποριςων φαρμάκων γραφῇ. Et citat pluries in illis libris.

Apollonius *Laodicenſis.* r) Ejus libros V. ſed ſine inſcriptione aliqua citat Paulus Alexandrinus Εἰσαγωγῇ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν, in Præfatione· Καὶ Ἀπολλωνίȣ τȣ̃ Λαοδικέως ἐν τοῖς ἰδίοις πέντε βιβλίοις διαβάλλοντος τȣ̀ς Αἰγυπτίȣς, ὡς πολλὴ ἀπάτη αὐτοῖς γεγένηται, ἐν ταῖς τῶν ζωδίων ἀναφοραῖς.

Apollonius *Libertus P. Craſſi.* Meditatus fuit *res geſtas Julii Cæſaris*, et incertum, an ſcripſerit. Cicero ad familiares lib. XIII. epiſt. ad Cæſa-

q) Apollonius Antiochenus, pater et filius, Medici Herophilei atque Empirici. Meminit utriusque auctor Iſagoges, quæ legitur inter ſcripta Galeni T. IV. Incertum, utrius ſit περὶ μύρων liber laudatus Athenæo XV. p. 688. vel περὶ εὐποριςων φαρμάκων, quem plus ſimplici vice allegat Galenus. Vide infra in Apollonio Pergameno: et idem fortaſſe patria Antiochenus, ſed quod apud Pergamenos reges verſaretur, Pergamenus vocatus eſt. Ἀπολλώνιος ὁ πρεσβύτερος Zenoni Herophileo repugnans laudatur ab Erotiano.

r) Hujus forte Apollonii Apoteleſmata ſunt, quæ leguntur MSta in Codice Reg. Pariſ. 1843.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0022-0

Cæſarem XVI. *Ejus (P. Craſſi) libertum Apollonium jam tum equidem, cum ille viveret, et magni faciebam, et probabam.* Ac poſtea de eodem: *Nunc autem incenſus ſtudio rerum tuarum, eas literis Græcis mandare cupiebat.*

Apollonius *Malacus*, vide ſupra *Apollonius Alabandenſis.*

Apollonius *Memphites.* s) Meminit ejus Nicandri Scholiaſtes ad Theriaca: Ὁ μὲν Τυραννίων τὴν σκίλλαν, Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Μεμφίτης, τὸ κένορον, ὃ δή τινες κενήτρην καλοῦσι. Scripſit autem περὶ ἄρθρων. Erotianus: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Μεμφίτης, ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, ὑπεροχὴν παρὰ τὸ λοιπὸν ξύλον. Laudat eum item opere incerto Cælius Aurelianus Chron. lib. III. cap. VIII. *Item Apollonius Memphites alium dixit fieri hydropem cum retentione.* Et hic, puto, eſt, qui Aegyptius dicitur Theophilo ad Autolycum lib. III. Ταῦτα μὲν οὖν Ἀπολλώνιος ὁ Αἰγύπτιος ἱστορεῖ. Niſi potius de Alexandrino minore accipere velis, cujus opus περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας hic damus. Idque vero magis ſimile mihi videtur.

Apollonius *Molon*, vide ſupra *Apollonius Alabandenſis.*



s) Hunc præterea Galenus in Iſagoge memorat, et lib. II. Antidotorum, atque etiam Aetius Tetrab. II. Sect. II. C. XXXIII. et Sect. III. C. XX.

Apollonius *Myndius.* Grammaticus erat. Stephanus in Μύνδος. Ἀπολλώνιος, καὶ Ζήνων, Μύνδιοι, γραμματικοί. t)

Apollonius *Naucratites.* Hic inter Sophiſtas recenſetur a Philoſtrato Sophiſt. lib. II.

Apollonius *Ophis.* u) Laudatur ab Erotiano in Proœmio: ἐπιθεμένου τὰς Βακχείου λέξεις διὰ συντάξεων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ Ὄφεως τοῦτο ποιήσαντος.

Apollonius *Parianus.* Scripſit περὶ παρωνύμων. Stephanus in Πάρος. Εἰκῆ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανὸς εἴρηκεν, ἐν τῷ περὶ παρωνύμων.

Apollonius *Pergæus.* v) Meminit ejus Proclus in Euclidem lib. III. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Περγαῖος

t) Apollonius Myndius, dubium an alius quam Grammaticus ſit, peritiſſimus inſpiciendorum natalium dicitur a Seneca Nat. quæſt. Huic Apollonio pridem in mentem venit cometas eſſe propria ſidera, quæ altiora mundi ſecent, et tum demum appareant, quum in imum ſui curſus venerint. Quæ ſententia hodie probatur Mathematicis eruditiſſimis.

u) Fortaſſe idem eſt, qui Apollonius ὁ θὴρ, eidem laudatus Erotiano in ἀμφιβάλλουσαι.

v) Sic a patria Perga Pamphyliæ civitate dictus fuit. Cum Euclidis diſcipulis longo tempore operam dediſſe Alexandriæ ſcribit Pappus lib. VII. et ſub Ptolemæo

γαῖος τέμνει τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν πεπερασμένην δίχα. Intelligit forte ejus libros Κωνικῶν στοιχείων, w), quos citat Eutocius ad Archimedem de Sphæra et Cylindro, lib. II. Καὶ συμπεσεῖται ἐκβαλλομένη τῇ ϑγ παραλλήλῳ οὔσῃ τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς, διὰ τὸ ἕβδομον καὶ εἰκοστὸν θεώρημα τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν Ἀπολλωνίου Κωνικῶν στοιχείων. Et illic paſſim. Pappus Collect. Mathem. lib. VII. *Omnes libri ſunt XXXI. quorum argumenta usque ad Apollonii Conica tibi expoſuimus.* Edidit hos libros, x) Latine abs ſe ver-



mæo Evergete (primo, ut apparet) vixiſſe notat Heraclides in Archimedis vita laudatus ab Eutocio. Ipſe quidem Pergami verſatum ſe eſſe et Alexandriæ teſtatur libro primo Epiſtola ad Eudemum Pergamenum.

w) Octo ſcripſiſſe libros conicorum, patet ex verbis Epiſtolæ Apollonii ad Eudemum: Ἀπολλώνιος Ἀττάλῳ χαίρειν. Πρότερον μὲν ἐξέθηκα γράψας πρὸς Εὔδημον τὸν Περγαμηνὸν τῶν συνταγμάτων ἡμῶν Κωνικῶν ἐν ὀκτὼ βιβλίοις τὰ πρῶτα τρία etc.

x) Conicorum libri priores quatuor Græci habentur in Bibliotheca Pariſienſi aliisque. Primum Latine duntaxat prodierunt converſi a Joanne Baptiſta Memmio, Patricio Veneto, Romæ CIƆIƆXXXVII. et a Federico Commandino, Bononiæ CIƆIƆLXVI. fol. iterum vulgati Piſtoriæ in Hetruria CIƆIƆCXCVI. fol. et cum Commentariis Claudii Richardi, Jeſuitæ, Antverpiæ CIƆIƆCLV. fol. Poſtea vero eos libros e MS. Oxonienſi Græce cum interpretatione Latina edidit Edmundus Hallejus, Geometriæ apud Oxonienſes Profeſſor, Oxoniæ CIƆIƆCCX. fol. adjectis Pappi Alexandrini Lemmatibus et Eutocii Aſcalonitæ commentario ac Sereni Philoſophi Antiſſenſis de ſectione cylindri et coni libris

ſos, Federicus Commandinus, vir egregius, Bononiæ anno CIↃIↃLXVI. Ejus Ὠκυτόβοος y) citatur ab Eutocio in Archimedem lib. de Dimenſ. Circ. Ἰςέον, ὅτι καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Περγαῖος ἐν τῷ Ὠκυτοβόῳ ἀπέδειξεν αὐτὸ, δι' ἀριθμῶν ἑτέρων ἐπὶ τὸ σύνεγγυς μᾶλλον ἀνάγων. Etiam περὶ λόγȣ ἀποτομῆς· περὶ χωρίȣ ἀποτομῆς· περὶ διωρισμένης τομῆς· περὶ ἐπαφῶν· περὶ νεύσεων· περὶ τόπων ἐπιπέδων. z) Laudantur a Pappo lib. VII. Commemorat eum etiam Vitruvius lib. I. cap. I.

Apollonius *Pergamenus.* Recenſetur inter Scriptores Rei Ruſticæ a Varrone, et Columella, lib. I. cap. I. et medicus fuit, atque in ea ſcientia libros vulgavit. Oribaſius Euporiſton lib. I. *Tibias ſcalpellari jube, ſicut Pergamenus Apollonius fieri ſuadet iis, qui opus habent ſanguinem detrahere.* a)

Apol-

libris duobus pariter Græce et Latine editis. Liber quintus, ſextus et ſeptimus Arabice duntaxat converſi in Bibliothecis reperiuntur, atque eos Latine converſos ediderunt Abrahamus Echellenſis Florentiæ CIↃIↃCLXI. fol. cum notis Borelli, ac deinde cum prioribus Græcis CIↃIↃCCX. idem Hallejus, qui etiam octavum, qui pariter Arabice verſus exſtare dicitur, e Pappo reſtituere conatus eſt.

y) In hoc libro videtur egiſſe de numeris quantumvis magnis inter ſe multiplicandis: vide Eutocium ad Archimedem de dimenſione circuli.

z) Λόγȣ ἀποτομῆς libri duo Arabice exſtant Oxoniæ inter libros Seldenianos.

a) Ejus *Pergameni* librum de virtutibus herbarum refert

rurſus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0026-3

Apollonius *Pitanæus.* Et hic medicus fuit. Plinius lib. XXIX. cap. VI. *Suffuſionem oculorum canino felle malebat, quam hyænæ, curari Apollonius Pitanæus, cum melle.*

Apollonius *Rhodius.* b) Ejus fuit Κανωπός. Citatur a Stephano in χώρα. Καὶ Ἀπολλώνιος ἐν Κανωπῷ·

Τρέψει δὲ νηὸν ὁ γλυκύς σε χωρίτης
Πλόος κομίζων δῶρα Νείλου πλουσίου.

Item, Κανωπὸς δεύτερος. Apud eundem in Κόρινθος. Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν Κανωπῷ δευτέρῳ·

Κορινθιουργές ἐστι κιόνων σχῆμα.

Etiam Καῦνος. Parthenius Erot. I. Ἱστορεῖ Νικαίνετος Λύρκῳ, καὶ Ἀπολλώνιος Καύνῳ. Puto idem



rurſus Oribaſius Euporiſt. præf. Idem liber Apollonii περὶ βοτανῶν allegatur et a Scholiaſte Nicandri ad Theriaca. Atque ideo fortaſſis inter rei ruſticæ ſcriptores a Varrone et Columella reponitur.

b) Apollonius Rhodius, Grammaticus, Rhetor et Poeta, Sillei vel Illei filius, Alexandrinus fuit, ut dicit Strabo lib. XIV. Suidas in Ἀπολλώνιος, et auctor Græcus vitæ Apollonii, ſive ut Athenæus lib. VII. et Aelianus lib. XVII. cap. 23. de animalibus perhibent, Naucratites Aegyptius, ſed Rhodius dicitur, quia jus civitatis apud Rhodios accepit, ibique Rhetoricam per aliquod tempus cum laude profeſſus eſt. Callimachi diſcipulus fuit, ſed poſtea inviſiſſimus, adeo ut illum Callimachus ſub Ibidis nomine diris devoveret. Rhodo Alexandriam reverſus, Eratoſtheni ſucceſſit Apollonius, Bibliothecæ Alexandrinæ præfectus a Ptolemæo Evergete I. ſeu Philadelpho, ut memorat Suidas.

opus fuiſſe, quod mox Καύνȣ κτίσις indigitatur ab eodem Erot. XI. Ἱςορεῖ Ἀριςόκριτος, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος Καύνȣ κτίσει. Simile opus, Ἀλεξανδρείας κτίσις. Scholiaſtes Nicandri Theriacis: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῇ τῆς Ἀλεξανδρείας κτίσει, ἀπὸ τῶν ςαγόνων τȣ̃ τῆς Γοργόνος αἵματος. Item Κνίδης κτίσις. Stephanus in Ψυκτήριος· Καθὼς Φησὶν Ἀπολλώνιος ἐν Κνίδης κτίσει. Non dubito, quin hæ partes fuerint majoris operis, quod Κτίσεις inſcripſerat. Aliud quoque fuit περὶ Ἀρχιλόχȣ. Athenæus lib. X. Ὅτι δὲ λευκῷ ἱμάντι περιειλȣ̃ντες τὴν σκυτάλην οἱ Λάκωνες ἔγραφον ἃ ἐβȣ́λοντο, εἴρηκεν ἱκανῶς Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ περὶ Ἀρχιλόχȣ. Ejus Ἀργωναυτικὰ in libros IV. tributa, habemus. c) Ἐπιγράμματα. Antoninus Liberalis Metamorph. XXIII. Ἱςορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιȣμένων α, καὶ Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις, καὶ Διδύμαρχος ἐν Μεταμορφώσεων γ, καὶ Ἀντίγονος ἐν ταῖς Ἀλλοιώσεσι, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι.

Apollonius *Senior*. Erotianus: Ἀπολλώνιος δ' ὁ πρεσβύτερος ὑπεροχὴν ςρογγύλην, σφαίρᾳ ὁμοίαν. Hic, puto, eſt, qui ſcripſit περὶ τῆς συγκρίσεως τȣ̃ δωδεκαέδρȣ, καὶ τȣ̃ εἰκοσαέδρȣ. Laudat

c) Ea optime ediderunt Jeremias Hœlzlinus cum ſua verſione Latina, et cum ſcholiis Græcis ac ſuis notis et Lucæ Holſtenii annotationibus Lugduni Batavorum cIↃIↃCXLI. 8. et Brunquius Græce cum ſuis notis Argentorati cIↃIↃCCLXXX. 8.

dat Hypſicles περὶ τῶν πέντε σωμάτων, lib. I. Τὸ ὑπὸ Ἀπολλωνίȣ γραφὲν περὶ τῆς συγκρίσεως τȣ̃ δωδεκαέδρȣ καὶ τȣ̃ εἰκοσαέδρȣ. Locus iſte eſt in Procœmio. Et mox iterum alter, cap. II. Ὑπὸ δὲ Ἀπολλωνίȣ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τῆς Συγκρίσεως τȣ̃ δωδεκαέδρȣ, καὶ τȣ̃ εἰκοσαέδρȣ. d)

Apollonius *Sotadis filius*, *Athenienſis*, ſcripſit περὶ τῶν τȣ̃ πατρὸς ποιημάτων. Athenæus lib. XIV. Καὶ ὁ τȣ̃ Σωτάδȣ παῖς Ἀπολλώνιος· ἔγραψε δὲ καὶ ἔτος περὶ τῶν τȣ̃ πατρὸς ποιημάτων σύγγραμμα.

Apollonius *Stratonius*. Videtur ſcripſiſſe περὶ σφυγμῶν. Meminit ejus Galenus de Diff. Pulſ. lib. IV. Ἔνιοι δὲ καὶ δύο καὶ τρεῖς ὅρȣς (τȣ̃ σφυγμȣ̃) ἔγραψαν, ὥσπερ Ἀπολλώνιος ὁ ἀπὸ Στράτωνος.

Apollonius *Ther*. Meminit ejus Erotianus: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Θὴρ, ἐξοχήν.

Apollonius *Tyaneus Major*. e) Ejus

 Ἐπισο-

d) Fortaſſe idem eſt, quem ἐν τῷ περὶ τȣ̃ κοχλίȣ γράμματι Apollonium laudat Proclus ad Euclidem.

e) Apollonius Tyaneus major Cappadox, Apollonii filius, philoſophus ſectæ Pythagoricæ, propter reconditam ſapientiam, et miracula magica, quæ ſe facere profitebatur, maxime celebratus. Vixiſſe traditur ab anno Auguſti quadrageſimo ſecundo ad primum Nervæ

'Επιςολαὶ f) exſtant. Διαθῆκαι. Laudantur a Philoſtrato in ejus vita, lib. I. cap. III. Καὶ Διαθῆκαι

[δὲ

Nervæ Imperatoris. Præceptorem habuit Euthydemum Rhetorem Tarſenſem, Philoſophos omnium ſectarum audivit, ſed maxime probavit diſciplinam Pythagoricam. Quadragenario major Apollonius Babylonem atque hinc Indiam petiit, ibique cum viris ſapientibus eſt verſatus, Claudio imperante. Reverſus inde in Græciam diuque ibi commoratus, Romam venit anno Neronis nono, ætatis ſecundo et ſexageſimo. Per varias deinde regiones peregrinatus, in Aegypto verſatus cum Gymnoſophiſtis, magna paſſim nominis celebritate comparata, apud Domitianum, cui Imperium prædixerat, ab Euphrate Aegyptio delatus, Romæque in carcerem conjectus dicta Apologia evaſit. Deceſſit, ut dictum eſt, primo anno Imperatoris Nervæ, et poſt fata imaginibus, ſtatuis, templisque cultus eſt velut deus quidam inter homines commoratus. Vitam ejus, præter Philoſtratum, qui eam libris octo complexus eſt, ſcripſerunt etiam Damis Aſſyrius, ex Nino civitate, unde Νίνιος Philoſtrato dicitur, Maximus Aegienſis et Mœragenes eidem Philoſtrato memorati, tum Soterichus Oaſites, de quo Suidas, ex quibus Philoſtrati ſolum ejusdem opus ad tempora noſtra pervenit. Ex recentioribus illud argumentum tractavit Tillemontius, in Hiſtoriæ Imperatorum Gallice ſcriptæ tomo ſecundo, quæ a Jenquino Anglice reddita prodiit Londini CIƆIƆCCII. De ejus Philoſophia practica diſſertationem ſcripſit Joannes Chriſtianus Herzogius *Lipſiæ* CIƆIƆCCIX. 4. De magicis ejus τελέσμασι adeundus Juſtinus quæſt. XXIV. ad Orthodoxos.

f) Apollonii Epiſtolæ ſeparatim editæ ſunt Græce et Latine cum verſione Bartholomæi Juſtinopolitani CIƆIƆII. 4. et

δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ γεγράφαται, παρ᾽ ὧν ὑπάρχει μαθεῖν, ὡς ὑποθειάζων τὴν φιλοσοφίαν ἐγένετο· περὶ μαντείας ἀςέρων. Idem Philoſtratus lib. III. cap. XIII. Τὸν Ἀπολλώνιον ξυμφιλοσοφεῖν τῷ Ἰάρχᾳ, καὶ ξυγγράψαι μὲν ἐκεῖθεν περὶ Μαντείας ἀςέρων βίβλους τέτταρας, ὧν καὶ Μοιραγένης ἐπεμνήσθη· περὶ θυσιῶν. Idem loco citato: Ξυγγράψαι δὲ περὶ θυσιῶν, καὶ ὡς ἄν τις ἑκάςῳ θεῷ προσφόρως τε, καὶ κεχαρισμένως, θύοι. Atque hoc ipſum opus deſignat iterum lib. IV. cap. VI. Τὴν μὲν δὴ πρώτην διάλεξιν, ἐπειδὴ φιλοθύτας τοὺς Ἀθηναίους εἶδεν, ὑπὲρ ἱερῶν διελέξατο· καὶ ὡς ἄν τις ἐν τῷ ἑκάςῳ τῶν θεῶν οἰκεῖον, καὶ πηνίκα τῆς ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἢ θύοι, ἢ σπένδοι, ἢ εὔχοιτο· καὶ βιβλίῳ Ἀπολλωνίου προςυχεῖν ἐςιν, ἐν ᾧ ταῦτα τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ ἐκδιδάσκει. g)

Apollonius *Tyaneus Minor.* Etiam hic Philoſophus, vixitque ſub Adriano Imperatore. Suidas: Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεὺς φιλόσοφος, νεώτερος, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως, ὡς Ἀγρέσφων ἐν τῷ περὶ ὁμωνύμων.

Apol-

4. et cum verſione Eilhardi Lubini apud Commelinum CIϽIϽCI. 8.

g) Scripta ejus præterea hæc memorantur: Ὕμνος εἰς Μνημοσύνην. Philoſtrat. lib. I. cap. XIV. τό τοι μνημονικὸν ἑκατοντέτης γενόμενος καὶ ὑπὲρ τὴν Σιμωνίδην, et Suidas in Ἀπολλώνιος. Πυθαγόρου δόξαι. Philoſtr. lib. I. cap. XIX. ſeqq. Etiam Πυθαγόρου βίον ab Apollonio ſcriptum fuiſſe, Suidas auctor eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0031-0

Apollonius *Tyrius.* h) Ejus opus: Πίναξ τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων, καὶ τῶν βιβλίων. Strabo lib. XVI. Ἐκ Τύρου δὲ Ἀντίπατρος, καὶ μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος, ὁ τὸν Πίνακα ἐκθεὶς τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων, καὶ τῶν βιβλίων. Et ex eo eſt, quod περὶ Ζήνωνος citat Diog. Laërtius in Zenone, lib. VII. Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος ἐν πρώτῳ περὶ Ζήνωνος· Ac mox iterum: Καθὰ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος ἐν πρώτῳ περὶ Ζήνωνος φησί.

Atque hæc certa. Verum etiam alia paſſim opera videas commemorari, quæ ignores, cui auctori aſſignare certo poſſis. Feruntur Apollonii cujusdam libri περὶ κοχλίου. i) Proclus ad Euclidem lib. II. Καθάπερ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ τοῦ Κοχλίου γράμματι δείκνυσι. Λέξεις. k) Scholiaſtes Apollonii lib. I. Ἀπολλώνιος ἐν ταῖς Λέξεσιν ἀποδέδωκεν ἄφλαστον τὸ ἀκροστόλιον, οὐκ εὖ. Περὶ βοτανῶν. l) Scholiaſtes Nicandri Theriacis: Σημαίνει δὲ ποτὲ μὲν τὸ περίψημα, ποτὲ δὲ τὴν βοτάνην. ἧς μνημονεύει καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ περὶ Βοτανῶν. Oribaſius in Præfatione Euporiſton ad Eunapium: *A Dioſcoro, et Apollonio, vel ab aliis, qui* de virtutibus

h) Vixit imperante Aegypti rege Ptolemæo Aulete. Quæ circumfertur Apollonii Tyrii hiſtoria, non de eo ſcripta eſt, atque etiam eſt ſcriptoris recentioris.

i) Fortaſſe tribuendus liber Apollonio Seniori, de quo meminit Erotianus.

k) Opus refertur ad Apollonium Grammaticum.

l) Liber adſcribitur Apollonio Pergameno.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0032-6

tibus herbarum *ſcripſerunt*. Γλῶσσαι Ἡροδότου. m) Etymologici auctor in Κωφός. Οὕτως Ἀπολλώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις Ἡροδότου. Iterum in Σοφιστής. Οὕτως Ἀπολλώνιος ἐν ἐξηγήσει τῶν Ἡροδότου Γλωσσῶν. Ὑπομνήματα. n) Schol. Apollonii lib. I. Ἀπολλώνιός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν Ὑπομνημάτων τὸν σίδηρον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων χαλκὸν λέγεσθαι. Τριηρικός. Athenæus lib. III. Ἐγώ γε οἶδα ἐπινομίδα καλουμένην καὶ μέρος τι τῆς τριήρεος, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν Τριηρικῷ παρατέθειται. Περὶ Συμποσίων. o) Idem Athenæus lib. V. Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τὸ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶν συμποσίων γένος, καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλώνιος, περὶ τούτων γεγραφώς. Χρονικά. p) Stephanus: Χαλκητόριον, πόλις Κρήτης, ὁ πολίτης, Χαλκητορεύς. Ἀπολλώνιος τετάρτῳ Χρονικῶν:

Μεθ' οὗ Χαρίδημος ἦν φυγὰς Χαλκητορεύς.

Citatur quoque Apollonius quidam, ſed non nominato opere, apud Plinium Nat. Hiſt. lib. XXVIII. cap. I. *Vi interemti dente gingivas in dolore ſacrificari, Apollonius efficaciſſimum ſcripſit.* Hactenus. q)

m) Eſt pariter Apollonii Grammatici.

n) Ejusdem Apollonii opus.

o) Fortaſſe eſt liber Apollonii Memphitæ.

p) Liber tribuendus eſt Apollodoro ex ſententia Galei.

q) Atque hi fuerunt Apollonii, quos memoravit Meurſius: jam alii ab eo prætermiſſi apponantur.

Apol-

Apollonius *Abderitanus* occurrit apud Hippocratem de morbis epidem. lib. III.

Apollonius *Byblas*, ſive βιβλιακὸς (quaſi helluo quidam librorum) Medicus Empiricus, qui de σημασίαις apud Hippocratem ſcripſerat adverſus Zenonem Herophileum teſte Galeno.

Apollonii *Chriſtiani* ſcriptores fuerunt tres, unus Commodo imperante, Romæ paſſus martyrium, de quo Hieronymus Epiſtola LXXXIV. ad Magnum: *Scripſit et Miltiades contra Gentes volumen egregium. Hippolytus quoque et Apollonius Romanæ urbis Senator propria opuſcula condiderunt.* Senatorem tamen fuiſſe hunc Apollonium dubitat Stephanus Moinius, quem in Prolegomenis ad varia Sacra vide. De Apologia ejus pro Chriſtianis, quam in Senatu pronunciavit, videndus Euſebius lib. V. cap. XXI. et Hieron. cap. XLII. Catalogi. Cæterum hic Apollonius licet inter Græcos in Epiſtola Hieronymi referatur, non Græce dixit, ſed Latine, ut idem Hieronymus cap. LIII. docet. At Euſebius Græce redditam illius Apologiam ſuæ Martyrum Hiſtoriæ inſeruerat, ſed quæ hodie non exſtat. Alter Apollonius Epheſi Epiſcopus ſub eodem Commodo et Severo clarus, adverſus Cataphryges et Pepuzianos ſcripſit, teſte auctore Prædeſtinati cap. XXVI. XXVII. Fragmenta vide apud Euſebium lib. V. cap. XVIII. Adverſus hunc Apollonium et Soterem Epiſcopum Romæ pro Montani ſecta propugnavit Tertullianus,

nus, ut idem auctor Prædeſtinati cap. XXVI. et LXXXVI. Nimirum ut ex Hieronymo cap. XL. Catalogi diſcimus, librum ſeptimum operis deperditi περὶ ἐκστάσεως proprie adverſus Apollonium elaboraverat. Tertius denique Apollonius fuit Epiſcopus Corinthiorum, Cerdonis oppugnator, de quo vide auctoris Prædeſtinati cap. XXIII.

*Claudius* APOLLONIUS, qui de antidotis ſcripſit, memoratur a Galeno.

APOLLONIUS *Geometra* phænomena Arati judice Hipparcho illuſtravit.

APOLLONIUS *Mys* vel *Mus*, Erythræa oriundus Herophili ſectator et Chryſermi diſcipulus, vixit tempore Strabonis. Scripſit de ſecta Herophili ac de medicamentorum compoſitione. De eo egerunt Strabo lib. XIV. et Celſus lib. V. in principio, Galenus lib. IV. de differentiis pulſuum, et lib. II. Antidotorum, et Cælius Aurelianus Oxeon lib. II. cap. XIII.

APOLLONIUS *Nyſæus*, Stoicus, diſcipulus Panætii junioris, de Philoſophia mulierum ſcripſit teſte Strabone.

APOLLONIUS *Poeta* ὁ εἰδογράφος memoratur a Scholiaſte Pindari ad Πυθιονικ. εἶδος β.

Apollonii *Smyrnæi* epigramma libro II. Anthologiæ Græcæ habetur.

Inveniuntur etiam Apollonius Adramyttenus, Apollonius Chronicorum ſcriptor, Apollonius Cyclas, Apollonius Logiſticus: ſed in his Apollodorum, et in Cyclade Apollonium Byblam ſubſtituendum eſſe, viri docti exiſtimant. De aliis Apolloniis, qui recentioribus temporibus vixerunt, hic dicendi locus eſſe non videtur.

APOL-

# APOLLONII
## DYSCOLI
## ALEXANDRINI GRAMMATICI
# HISTORIAE
## COMMENTITIAE
## LIBER,
SEU
## HISTORIAE MIRABILES.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0038-0

# ʼΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
## ΤΟΥ ΔΥΣΚΟΛΟΥ
## ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ
# ΚΑΤΕΨΕΥΣΜΕΝΗΣ ʽΙΣΤΟΡΙΑΣ
## ʼΗ
## ʽΙΣΤΟΡΙΑΙ ΘΑΥΜΑΣΙΑΙ.

## CAP. I.

Βώλου ʼΕπιμενίδης ὁ Κρὴς λέγεται ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν τοῦ πα-

Epimenides Boli F. Crétenſis, a patre et fratribus in agrum miſſus, ovis



Βώλου ʼΕπιμενίδης ὁ Κρὴς) De Bolo, patre Epimenidis, non temere alibi occurrit. Diog. Laertius in ejus vita lib. I. varie patrem tradi refert ex Theopompo: ʼΕπιμενίδης, καθά φησι Θεόπομπος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, πατρὸς μὲν ἦν Φαιςίου, οἱ δὲ, Δωσιάδου, οἱ δὲ, ʼΑγησάρκου. Sed de Bolo, ut vides, nulla mentio. Duo quidem Boli leguntur, ambo philoſophi, unus Democriteus, alter Pythagoreus. De Pythagoreo ita Suidas: Βῶλος, Μενδήσιος, Πυθαγόρειος (ἔγραψε) περὶ τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱςοριῶν εἰς ἐπίςασιν ἡμᾶς ἀγαγόντων, περὶ θαυμασίων, Φυσικὰ διμερῆ· ἔχει δὲ περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν λίθων κατὰ ςοιχεῖον· περὶ σημείων τῶν ἐξ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἄρκτου, καὶ λύχνου, καὶ ἴριδος. De Democriteo idem iſta: Βῶλος, Δημοκρίτειος, Φιλόσοφος (ἔγραψεν) ʽΙςορίαν, καὶ Τέχνην ἰατρικήν· ἔχει δὲ ἰάσεις φυσικὰς, ἀπὸ

*πατρὸς, ἀποϛαλεὶς εἰς ἀγρὸν, πρόβατον ἀγα-γεῖν εἰς τὴν πόλιν, κατα-λα-*

ovis in urbem adducendæ cauſa, fertur, nocte ipſi ingruente, a ſemita de-

*ἀπό τινων βοηθημάτων τῆς φύσεως.* Meminit ejus Stephanus in Ἄψινθος. *Ἔϛι δὲ καὶ εἶδος φυτȣ̃, περὶ ȣ̃ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος.* Nec ſcio, an ſit ille ipſe, cujus Theophylactus Simocatta meminit Phyſ. Quæſt. XIX. *Οὐ Θεόφραϛον, (λωποδυτήσω) τὴν τῆς γνώσεως θάλατταν, ȣ̓ Βῶλον, ȣ̓κ Αἰλιανὸν, ȣ̓ τὸν τῆς ἐπιϛήμης πλȣ̃τον Πλȣ́ταρχον.* Inclino tamen, ut de Pythagoreo illa capi debere cenſeam, cujus *φυσικὰ* laudantur a Suida. Nec ſat certum, uter iſte apud Joannem Tzetzem in Heſiodi Theogoniam: *Ἐκ δ' ἐμπειρίας τέχνη, ἢ ἐπιϛήμη, καθὰ φησὶ Βῶλος ὁ φιλόσοφος.* Quod enim ibi editur Πῶλος, id mendoſum eſt. Nam, ut obiter illud dicam, Polus non philoſophus erat, verum rhetor, meminitque ejus Ariſtoteles Rhet. lib. II. cap. XXIII. *Κόνων Θρασύβȣλον θρασύβȣλον ἐκάλει, καὶ Ἡρόδικος Θρασύμαχον, ἀεὶ θρασύμαχος εἶ· καὶ Πῶλον, ἀεὶ σὺ πῶλος εἶ.* et Dionyſius Halicarnaſſeus in Epiſtola ad Pompejum: *Ἐῶ γὰρ τὰς ἄλλας αὐτȣ̃ γραφὰς παραφέρειν, ἐν αἷς κωμῳδεῖ τȣ̀ς πρὸ ἑαυτȣ̃, Παρμενίδην τε, καὶ Ἱππίαν, καὶ Πρωταγόραν, καὶ Πρόδικον, καὶ Γοργίαν, καὶ Πῶλον, καὶ Θεόδωρον.* Suidas de eo: *Πῶλος, Ἀκραγαντῖνος, ῥήτωρ, μᾶλλον δὲ, σοφιϛὴς τῶν πάλαι, διδάσκαλος Λικυμνίȣ, ἔγραψε Γενεαλογίαν τῶν ἐπὶ Ἴλιον ϛρατευσάντων Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων, καὶ πῶς ἕκαϛος ἀπήλλαξε· τινὲς δὲ αὐτὸ Δαμάϛȣ ἐπιγράφȣσι, νεῶν κατάλογον, περὶ λέξεων.* Ubi habes ſcripta ejus; quibus addo item tragœdiam, cui titulus erat, *Τρωάδες*. Scholiaſtes Ariſtotelis in Rhetorica loco citato: *Ὁ Πῶλος, μαθητὴς, καὶ παῖς ἦν τȣ̃ Γοργίȣ· ἐν ταῖς Τρωάσι τῷ δράματι.* Item opus de arte Rhetorica, *Τέχνη* inſcriptum. Syrianus in Hermogenem: *Ὅθεν καὶ Πῶλος, ὁ Γοργίȣ μαθητὴς, ἐν τῇ Τέχνῃ φησίν.* Hic ipſe eſt, cujus meminit Sopater, in Prolegomenis in Ariſtidis Orationes Platonicas: *Ἀποδεδειγμένης τέταρτον μέρος κολακείας ῥητορικῆς ἐπήνεγκε Πῶλος, καὶ οἱ ῥήτορες ἄρα κόλα-*

*κες*

λαβέσης αὐτὸν νυκτὸς, παραλλάξαι τῆς τρίβȣ, καὶ κατακοιμηθῆναι ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα· καθάπερ

deflexiſſe, ac dormiviſſe per quinquaginta ſeptem annos, quod cum alii memoriæ prodiderunt, tum



κες ἦσαν. Sed ad Boli mentionem, a quo ſum digreſſus paulum, ut revertar, neuter horum, ſi rationem temporum videas, pater eſſe Epimenidis hujus potuit; niſi forte Pythagoreum cenſere velis. Ac tum oportet, vivo adhuc Pythagora de ſecta ejus fuiſſe ipſum, et hunc filium habuiſſe, qui Pythagoræ coætaneus. Nam tradit Diogenes, quem laudavi, cum Epimenide Cretam Pythagoram deveniſſe, et in Idæum antrum deſcendiſſe. Verba ejus ecce iſta ſunt in Pythagora, lib. VIII. Εἶτα ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμενίδῃ κατῆλθεν εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον. Meurs.

Καὶ κατακοιμηθῆναι ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα.) De ſomno Epimenidis res notiſſima eſt; ſed de tempore variant Scriptores. De quinquaginta ſeptem annis conſentit Plinius lib. VII. cap. LII. *In Gnoſſio Epimenide ſimili modo accipio, puerum æſtu et itinere feſſum ſeptem et quinquaginta dormiiſſe annis.* Diogenes in ejus vita: Οὗτός ποτε πεμφθεὶς παρὰ τȣ̃ πατρὸς ἐς ἀγρὸν ἐπὶ πρόβατον, τῆς ὁδȣ̃ κατὰ μεσημβρίαν ἐκκλίνας. ἐπ' ἄντρῳ τινὶ κατεκοιμήθη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτη. Varro de quinquaginta tantum annis auctor eſt, lib. de L. L. VI. *Nec mirum, quum non modo Epimenides poſt annos quinquaginta expergitus a multis non cognoſcatur, ſed etiam Teucer Livii poſt annos duodecim ab ſuis qui ſit ignoratur.* Et Plutarchus lib. Εἰ γέροντι πολιτευτέον· Ὥσπερ Ἐπιμενίδην λέγȣσι κατακοιμηθέντα νεανίαν ἐξέγρεσθαι γέροντα μετὰ πεντήκοντα ἔτη. Tertullianus non totos quinquaginta dicit. lib. de anima. cap. XLIV. *Quod etiam Epimenidem in fabulam impegit, quinquaginta pene annos ſomniculoſum.* Pauſanias in Atticis quadraginta duntaxat annos dormiiſſe eum tradit. Πεποίηται δὲ καθήμενος Ἐπιμενίδης Κνώσσος, ὃν ἐλθόντα ἐς ἀγρὸν κοιμᾶσθαι λέγȣσιν ἐσελθόντα ἐς σπήλαιον· ὁ δὲ ὕπνος ȣ̓ πρότερον ἀνῆκεν αὐτὸν, πρὶν ἢ οἱ τεσσαρακοστὸν ἔτος γενέσθαι καθεύδοντι. Verum quid

Suida

θάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ εἰρήκασιν, ἔτι καὶ Θεόπομπος ἐν ταῖς Ἱϛορίαις, ἐπιτρέχων τὰ κατὰ τόπȣς θαυμάσια. Ἔπειτα συμβῆναι ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ. τȣ̀ς μὲν οἰκείȣς τȣ͂ Ἐπιμενίδȣ ἀποθανεῖν, αὐτὸν δὲ, ἐγερθέντα ἐκ τȣ͂ ὕπνȣ, ζητεῖν ἐφ᾽ ὃ ἀπεϛάλη πρόβατον, μὴ εὑρόντα δὲ, πορεύεσθαι εἰς τὸν ἀγρόν· ὑπελάμβανε δὲ ἐγρηγέρθαι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἧπερ ἔδοξεν κεκοιμῆσθαι· καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγρὸν πεπραμένον, καὶ τὴν σκευὴν ἠλλαγμένην, ἀπαίρειν εἰς τὴν πόλιν· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐκεῖθεν πάντα ἔγνω, ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τȣ͂ χρόνȣ, καθ᾽ ὃν ἀφανὴς ἐγένετο· λέγȣσι δὲ οἱ Κρῆτες, ὥς φη-

tum Theopompus in Hiſtoriis, percurrens, quæ ſingulis locis mirabilia evenerunt. Interea vero temporis accidiſſe, ut propinqui Epimenidis morerentur; ipſum autem e ſomno expergefactum ovem, cujus gratia miſſus fuerat, quæſiviſſe, et quum non inveniſſet, rus profectum eſſe: opinatum autem fuiſſe, eadem ſe die evigilaſſe, qua obdormiviſſe ſibi viſus eſſet; quumque prædium reperiſſet venditum, et inſtrumenta mutata, in urbem abiiſſe, domumque ut venerit, ibi de omnibus rebus cognoviſſe, in his etiam de tempore ſuæ abſentiæ. Et perhibent Cre-

Τετρακισχιλίων τετρακοσίων τὸ περίμετρον) Britannicæ inſulæ utrumque latus longum eſſe ſtadia quatuor mille et trecenta, aut quadringenta, auctor eſt Strabo lib. IV. Ἡ δὲ Βρεττανικὴ τρίγωνος μέν ἐϛι τῷ σχήματι. παραβέβληται δὲ τὸ μέγιϛον αὐτῆς πλευρὸν τῇ Κελτικῇ, τȣ̃ μήκȣς ȣ̓θ' ὑπερβάλλον, ȣ̓τ' ἐλλεῖπον· ἔϛι γὰρ ὅσον τετρακισχιλίων καὶ τριακοσίων, ἢ τετρακοσίων, ϛαδίων ἑκάτερον. Libro autem primo dixerat, latus Celticæ objectum longum eſſe ſtadia quinque mille: Ἡ Βρεττανικὴ τὸ μῆκος ἴση πως ἐϛὶ τῇ Κελτικῇ παρεκτεταμένη, τῶν πεντακισχιλίων ȣ̓ μείζων ϛαδίων. Plinius ejus circuitum tradit, tricies octies centena viginti quinque mil-

νας μὴ ἔχειν, μηδὲ βότρυς γίγαρτον, μηδὲ τὰ ἐμφερῆ τέτοις.

uvas acinum habere, idemque fieri in ſimilibus frugibus.

## CAP. XVI.

Θεόφρασος δὲ ἐν τῇ περὶ τῶν φυτῶν πραγματείᾳ, τὴν θαψίαν ῥίζαν, ᾗ οἱ ἰατροὶ χρῶνται, ἐάν τις σὺν κρέασιν ἑψήσῃ, τὰ πολλὰ ἓν γίγνεσθαι, ὥσε ἐκ τε͂ ἀγγείε μηκέτι δύνασθαι ἐξαιρεθῆναι.

Theophraſtus in libro de plantarum Hiſtoria tradit, ſi quis thapſiam radicem, qua medici utuntur, cum carnibus coquat, eas de multis fruſtis in unum ita coaleſcere, ut eximi e vaſe nequeant.

## CAP. XVII.

Κτησίας παρ' Ἰνδοῖς ξύλον γενέσθαι φησὶν, ὃ κα-

Cteſias ait, lignum apud Indos naſci, quod ap-

millia paſſuum lib. IV. cap. XVI. *Circuitu vero patere* (de Britannia illi ſermo). *Tricies octies centena viginti quinque millia paſſuum.* Et auget Solinus cap. XXV. *Circuitus Britanniæ, quadragies octies centena ſeptuaginta quinque millia paſſuum ſunt.* Meurs. Supplevi *τετρακισχιλίων*, quoniam ex Strabonis loco, quem citat Meurſius, ambitum Britanniæ circiter quater millium ſtadiorum eſſe, perſpicitur. Teuch.

Μήτε *βότρυς γίγαρτον*) Omnia hæc fabuloſa ſunt, et in Britannia propter cœli temperiem nulla vini cultura eſt. Teuch.

Τὴν *θαψίαν ῥίζαν*) Aliter hodie turbithi nomine appellatur. Teuch.

Τὰ *πολλὰ ἓν γίγνεσθαι*) Nonnulli, ut carnes coaleſcant, efficere volunt bugloſſi vel conſolidæ radice adhibita. Teuch.

Κτησίας *παρ' Ἰνδοῖς ξύλον γενέσθαι*) Scribe *ὃ καλεῖται πάρηβον.*

καλεῖται πάρηβον· τοῦτο ἐφ᾽ ἑαυτὸ ἕλκει πᾶν τὸ προσκομισθὲν αὐτῷ, οἷον χρυσὸν, ἄργυρον, κασσίτερον, χαλκὸν, καὶ τἄλλα μεταλλικὰ πάντα· ἕλκει δὲ καὶ τὰ σύνεγγυς ἱστάμενα στρουθία, ἐὰν δὲ μεῖζον ᾖ τὸ ξύλον, καὶ αἶγας, καὶ πρόβατα, καὶ τὰ ὁμήλικα ζῶα.

appelletur parebum: id omnia oblata ad ſe trahere, aurum, argentum, cuprum, æs, et omnia alia metalla: quinetiam paſſerculos, in propinquo ſtantes, ac ſi majus ſit lignum, trahere etiam ad ſe capras, oves, et æqualia animalia.

## CAP. XVIII.

Φύλαρχος ἐν κ Ἱστοριῶν, ἐκ τῆς Ἰνδικῆς φησὶν ἐνεχθῆναι λευκὴν ῥίζαν, ἣν κόπτοντες μεθ᾽ ὕδατος καταπλάττειν τοὺς πόδας, τοὺς δὲ καταπλασθέντας ἄνδρας τῆς συνουσίας λήθην ἴσχειν, καὶ γίγνεσθαι ὁμοίους εὐνούχοις· διὸ καὶ ἔτι ἀνήβων ὄντων καταχρίουσι, καὶ μέχρι θανάτου οὐκ ἐπαίρουσιν.

Phylarchus libro Hiſtoriarum vigeſimo ex India memorat albam eſſe allatam radicem, quam contuſam cum aqua pedibus illinant: viroſque ea illita rei Veneræ obliviſci, et fieri eunuchorum ſimiles, itaque eo inungi impuberes etiamnum, qui deinde ad finem usque vitæ nunquam membrum arrigant.

ηβον. Eſt hic locus in Excerptis illis Cteſiæ, quæ apud Photium in Bibliotheca, et ex ea olim vulgata Henrico Stephano. Καὶ ξύλον ἐστὶ, πάρηβον καλούμενον, τὸ μέγεθος ὅσον ἐλαία. Heſychius apud Cretenſes memorat. Ita enim eſt in ejus Gloſſis: Πάρηβον, παρὰ Κρησὶ ξύλον τι. Meurs.

Ἕλκει πᾶν τὸ προσκομισθὲν αὐτῷ) Omniane? Succinum excipit ipſe Cteſias: Ἅπαντα ἕλκει πρὸς ἑαυτὴν, (ἡ ῥίζα τοῦ παρήβου) χρυσὸν, ἄργυρον, χαλκὸν, λίθους. καὶ τἄλλα πάντα, πλὴν ἠλέκτρου. Meurs.

## CAP. XIX.

Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων, κατὰ τὸ Πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον, ἧς τὸν καρπὸν ἐάν τις, τρίψας μετ' ἐλαίου καὶ ὕδατος, χρίσῃ τὸ αὐτοῦ ἢ ἄλλου σῶμα, χειμῶνος ὄντος, οὐκ ἐπῃσθήσεται τοῦ ψύχους.

Heraclides Cretenſis in libro de Urbibus Græciæ, apud Pelium montem ait naſci ſpinam frugiferam, cujus fructu ſi quis cum oleo et aqua trito ſuum vel alterius corpus inungat, hieme frigus non ſentiat.

## CAP. XX.

Κτησίας δὲ ἐν τῇ δεκάτῃ Περσικῶν καμήλους τινὰς

Cteſias libro Rerum Perſicarum decimo, camelos

Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς) De Heraclide hoc, aliisque ejus nominis, et eorum item ſcriptis, dicam ad Heraclidem Ponticum, cujus libros duos Λύσεων Ὁμηρικῶν, volente Deo, brevi vulgabo. Meurs.

Φύεσθαί φησιν ἄκανθαν) Meminit ſpinæ quoque hujus, ſed non vim eandem narrat Plinius lib. XII. cap. VII. *Ea ſpina et in Pelio monte naſcitur, adulteratque medicamentum.* Meurs.

Κτησίας δὲ ἐν τῇ δεκάτῃ Περσικῶν) Scripta Cteſiæ varia commemorantur. In his Περσικὰ, libris XXIII. Suidas: Κτησίας συνέγραψε Περσικὰ, ἐν βιβλίοις κγ. Photius in Bibliotheca: Ἀνεγνώσθη βιβλίον Κτησίου τοῦ Κνιδίου τὰ Περσικὰ, ἐν βιβλίοις κγ. De his loquitur Diodorus Siculus Biblioth. lib. II. Κτησίας δὲ ὁ Κνίδιος φησὶν ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις κατά τινα νόμον εἶχον συντεταγμένας, πολυπραγμονῆσαι τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ συνταξάμενον τὴν ἱστορίαν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν. Incho-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0069-6

choabat autem Hiſtoriam illam a Nino et Semiramide, et deſinebat in Olympiadis XCV. anno III. Idem Diodorus teſtis eſt lib. XIV. in ejus anni rebus geſtis: Κτησίας δ' ὁ συγγραφεὺς τὴν τῶν Περσικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατέστρεψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως. Citant hoc opus plures. Athenæus lib. IV. Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς, ὥς φασι Κτησίας καὶ Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς, ἐδείπνει μετὰ ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων. Iterum lib. XIV. Μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν. Stephanus: Δυρβαῖοι, ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους καὶ Ἰνδικήν. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ. Iterum alibi: Χωραμναῖοι, ἔθνος Περσικὸν, ἀγρίων ἀνθρώπων. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ. Excerpta hujus operis habemus apud Photium, e quo vulgaverat anno CIↃIↃLVII. typographorum facile princeps, Henricus Stephanus. Scripſit etiam Ἰνδικὰ libro ſingulari, habemusque ejus excerpta apud eundem, quem laudavi ſtatim, Photium in Bibliotheca, item vulgata una cum Perſicis ab Henrico Stephano. Strabo quoque Ἀσσυριακὰ nominat lib. XIV. Ἐντεῦθεν μὲν καὶ Κτησίας, ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Ἀσσυριακὰ, καὶ τὰ Περσικά. Ejusdem fuit περὶ Ὀρῶν. Laudat Plutarchus de Flum. in deſcriptione montis Teuthrantis: Καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας ὁ Κνίδιος, ἐν δευτέρῳ περὶ Ὀρῶν. Ac cenſeo emendandum eſſe Scholiaſten Apollonii lib. II. Ὄρος οὕτω καλούμενον, τὸ καθῆκον εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον· μέμνηται αὐτοῦ καὶ Κτησίας ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὀρῶν. Hodie editur, ἐν τῷ πρώτῳ περιόδων. Simile ejusdem opus, περὶ Ποταμῶν. Plutarchus iterum in libello jam citato: Καὶ ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῆς μανίας, καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ποταμῶν. Etiam περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Φόρων. Athenæus lib. X. Τὰ δ' αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Κτησίας, ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Φόρων. Fuit quoque inſigne opus, Περίπλων. Commemoratur ecce a Stephano: Σίγυνος, πόλις Αἰγυπτίων· ὡς Κτησίας ἐν πρώτῳ Περίπλων. Ejus pars quædam fuerit Περίπλους Ἀσίας. Harpocration meminit in Σκιάποδες. Ἔθνος ἐστὶ Λιβυκὸν, Κτησίας ἐν Περίπλῳ Ἀσίας φησίν. Meurs.

νὰς ἐν χώρᾳ γίγνεσθαι, ἃς ἔχειν τρίχας πρὸς Μιλήσια ἔρια τῇ μαλακότητι· ἐκ δὲ τέτων τὲς ἱερεῖς, καὶ τὲς ἄλλες δυνάςας τὰς ἐσθῆτας φέρειν.

melos eſſe ea in regione prodit, quorum pili mollitie lanas Mileſias æquent: ſacerdotesque, et alios proceres, veſtes ex iis confectas geſtare.

## CAP. XXI.

Τῶν παρατετηρημένων δ' ἐςὶ, τὸ τὰ δίχηλα μόνα τῶν ζώων εἰς τὲς ὀπισθίες πόδας ἀςραγάλες ἔχειν· ἀποδέδωκεν τὴν αἰτίαν Ἀριςοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασιν, δια-

Obſervatum eſt, ſolum ea animalia, quæ bifidas habent ungulas, talos habere in poſterioribus pedibus, et Ariſtoteles in Naturalibus Quæſtionibus cauſam red-



Πρὸς Μιλήσια ἔρια τῇ μαλακότητι) Mileſiis lanis laudem tribuit Columella lib. VII. cap. II. *Generis eximii Mileſias, Calabras, Appulasque noſtri exiſtimabant, earumque optimas Tarentinas.* Plinius tertio loco cenſet lib. VIII. cap. XLVIII. *Lana autem laudatiſſima Appula, et quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Mileſiæ oves obtinent.* Euſtathius ad Dionyſium: Ἔρια δὲ ὁ τόπος ἔτος (de Mileto loquitur) φέρει ἀγαθά. Inde eſt illud Theocriti Idyll. XV.

Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω,
Ἁ Μίλητος ἐρεῖ. —

Varro Atticas et Tarentinas laudat, nulla Mileſiarum mentione, de Re Ruſt. lib. II. cap. II. *Pleraque ſimiliter faciendum in ovibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Tarentinæ et Atticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.* Athenæus lib. V. Atticis primas laudes dat: Βλὰξ γάρ τις τοιαῦτ' ἐρωτῶν τὸν θεὸν, ὡς ἂν εἰ καὶ τοιαῦτά τινα, τῶν Ἀττικῶν ἐρίων εἰ ἄλλ' ἐςι μαλακώτερα. MEURS.

διατί ἐν τοῖς ὀπισθίοις, καὶ οὐκ ἐμπροσθίοις· οὐδὲν γὰρ μάτην ἡ φύσις ἐποίησεν.

reddit, cur non in prioribus, ſed in poſterioribus: nihil enim fruſtra fecit natura.

## CAP. XXII.

Συνῶπται δὲ ἐν τῷ βίῳ καὶ τὸ μηδὲν τῶν κερασφόρων ζώων ἀποψοφεῖν· ἀποδέδωκεν δὲ καὶ τούτων τὴν αἰτίαν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Προβλήμασιν.

Id quoque animadverſum eſt uſu vitæ, nullum cornutum animal pedere: hujus quoque vir eo libro idem rationem retulit.

## CAP. XXIII.

Θαυμαστὸν δὲ, καὶ τὸν ἥλιον ἐπικαίειν ἡμᾶς, τὸ δὲ πῦρ μηδ᾽ ὅλως· καὶ τὸ τὸν ἀδάμαντα μὴ θερμαίνεσθαι πυρούμενον, καὶ μάγ-

Mirum id quoque eſt, ſolem noſtra corpora adurere, ignem nequaquam: et quod adamas in igne verſatus non caleſit:

Ἐν τοῖς ὀπισθίοις καὶ οὐκ ἐμπροσθίοις) Rationem adducit Ariſtoteles de part. anim. lib. IV. cap. X. quoniam leviora flexibilioraque debent eſſe crura, quæ præcedunt, firmiora autem contentioraque poſteriora eſſe decet. Teuch.

Μηδὲν τῶν κερασφόρων ζώων ἀποψοφεῖν.) Vide Ariſtotelem Problem. Sect. X. cap. XXXVII. Meurs. Ratio eſt, quoniam in cornutorum animalium ventre conſumitur humor antequam in flatum vertatur. Vide Ariſtot. Probl. ſect. X. qu. X. Teuch.

Τὸν ἥλιον ἐπικαίειν ἡμᾶς) Vide Ariſtotelem Probl. ſect. XXXVIII. cap. VII. Meurs. Ideo nempe fieri dicit Ariſtoteles, quia ſol, quum ſit tenuior, carnem ſubire amplius poſſit, ignis autem ſi adurat, per ſummum tantum colorem nigrum inducat, interius autem ſubire nunquam poſſit. Teuch.

Τὸν ἀδάμαντα μὴ θερμαίνεσθαι πυρούμενον) Idem Plinius lib.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0072-8

μάγνητα λίθον, ἡμέρας μὲν οὔσης, ἕλκειν· νυκτὸς δὲ, ἧττον, ἢ οὐδὲ ὅλως, ἕλκειν.

leſit: item quod magnes lapis interdiu trahit, noctu aut omnino non, aut minus certe.

## CAP. XXIV.

Εὔδοξος ὁ Ῥόδιος περὶ τὴν Κελτικὴν εἶναί τι ἔθνος φησὶν,

Eudoxus Rhodius circa Celticam ait eſſe quan-



lib. XXXVII. cap. IV. *Duritia (adamantis) inenarrabilis eſt, ſimulque ignium victrix natura, et nunquam incaleſcens.* Vide egregiam hac de re diſſertationem apud Theophylactum Simocattam Phyſ. Quæſt. I. Meurs. Adamantem ab igne quidquam pati negabant veteres: noſtris vero temporibus experimentis factis apparuit, adamantem igne vehementiore communi, atque etiam ſolari non modo liquefieri, ſed etiam comburi, et ad nihilum redigi poſſe, particulis ejus in igne evaporantibus: quare nunc recte inter metalla igni obnoxia numeratur. Teuch.

Ἧττον ἢ οὐδὲ ὅλως ἕλκειν) Magnetis vim nocturno, quam diurno tempore minorem eſſe, nondum compertum habemus. Teuch.

Εὔδοξος ὁ Ῥόδιος) Eudoxi plures fuerunt. Celeberrimus ex iſtis Eudoxus *Cnidius*, *Major*, cujus vitam ſcribit Diogenes Laertius lib. VIII. Scripſit autem, ut ille inquit, καὶ Ἀστρολογούμενα, καὶ Γεωμετρούμενα, καὶ ἕτερ᾽ ἄλλα ἀξιόλογα. Inveſtigemus. Primo ponit Ἀστρολογούμενα, quæ δι᾽ ἐπῶν ἀστρολογίαν vocat Suidas in Εὔδοξος. Ea autem inſcripſerat Φαινόμενα. Anonymus in vita Arati: Καὶ γὰρ Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἔγραψε Φαινόμενα, καὶ Λάσος ὁ Μάγνης. Hipparchus in Aratum Comment. lib. I. Ἐμπειρότερον δὲ Εὔδοξος τὴν αὐτὴν τῷ Ἀράτῳ περὶ τῶν Φαινομένων σύνταξιν ἀναγέγραφεν. Eratque id opus in libros duos diſtributum, quorum primo titulus Ἔνοπτρον, alteri Φαινόμενα. Hipparchus ibidem: Ἀναφέρεται δὲ εἰς τὸν

φησὶν, ὃ τὴν ἡμέραν οὐ βλέπειν, τὴν δὲ νύκτα ὁρᾷν.

quandam nationem, quæ interdiu nihil, noctu duntaxat videat.

CAP.

τὸν Εὔδοξον δύο βιβλία περὶ τῶν Φαινομένων, σύμφωνα κατὰ πάντα σχεδὸν ἀλλήλοις, πλὴν ὀλίγων σφόδρα· τὸ μὲν οὖν ἐν αὐτῶν ἐπιγράφεται Ἔνοπτρον, τὸ δὲ ἕτερον Φαινόμενα. Quod attinet Ἔνοπτρον, id laudatur quoque alibi ab Hipparcho in eodem Commentariorum libro: Καὶ γὰρ ὁ Εὔδοξος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐνόπτρῳ, τὸν τροπικὸν τέμνεσθαι φησὶν οὕτως, ὥστε λόγον ἔχειν τὰ τμήματα πρὸς ἄλληλα τὸν αὐτὸν, οἷον ἔχει τὰ έ πρὸς τὰ γ. Idem eſt, quod Κάτοπτρον vocat in Arati Vita Anonymus: Προετράπη ὑπ' αὐτοῦ τὰ Φαινόμενα γράψαι, τοῦ βασιλέως Εὐδόξου ἐπιγραφόμενον βιβλίον Κάτοπτρον δόντος αὐτῷ. Iam quæ Γεωμετρούμενα ejus Diogenes nominat, ea fuerint opus multo celebratiſſimum, Γῆς περίοδος. Laudat ille ipſe Diogenes in Procœmio lib. I. Φησὶ δὲ τοῦτο καὶ Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ μάγων, καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ. Iterum in ejus vita lib. VIII. Εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλον ἰατρὸν Κνίδιον, περὶ οὗ φησιν Εὔδοξος ἐν Γῆς περιόδῳ. Scholiaſtes Apollonii lib. IV. Οἱ Ἀρκάδες δοκοῦσι πρὸ τῆς σελήνης γεγονέναι, ὡς καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ Περιόδῳ. Plutarchus contra Colotem lib. I. Ὅσα δὲ Ὅμηρος ἐθέσπισε θέσκελα εἰδὼς, ἢ τὰς Περιόδους Εὔδοξος, ἢ Κτίσεις καὶ Πολιτείας Ἀριστοτέλης. Ubi vides plurali numero Περιόδους appellari, idque recte, nam in plures ſane libros diſtinctum erat illud opus. Itaque primum nominat Stephanus in Ἀρμενία. Οἱ οἰκήτορες Ἀρμένιοι· ὡς Εὔδοξος πρώτῃ Γῆς περιόδου. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. lib. I. cap. XIV. Παρ' ἡμῖν μὲν τὸ μοιχεύειν ἀπειρῆσθαι, παρὰ δὲ Μασσαγέταις ἀδιαφόρῳ ἔθει παραδίδοσθαι, ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἱστορεῖ ἐν τῷ πρώτῳ Γῆς περιόδου. Athenæus lib. IX. Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος ἐν πρώτῳ Γῆς περιόδου τοὺς Φοίνικας λέγει θύειν τῷ Ἡρακλεῖ ὄρτυγας. Secundus a Stephano commemoratur: Ἄσδυνις, νῆσος κατὰ τὴν Μυρίδος λίμνην. Εὔδοξος δευτέρῳ. Clemens in Protreptico: Ἔστι δὲ Σκυθῶν τὸ τοιοῦτον, καθάπερ Εὔδοξος ἐν δευτέ-

ρῳ

ρα Γῆς περιόδου λέγει. Quartus Stephano laudatur in Ἄβδηρα. Τοῦ Ἀβδηρίτης μέμνηται Εὔδοξος ἐν τετάρτῃ περιόδων. Scholiaſtes Apollonii lib. I. Μέλας πόντος, οὕτω λεγόμενος, ὡς ἱστορεῖ Εὔδοξος ἐν τετάρτῳ Γῆς περιόδου. Sextus apud eundem Stephanum commemoratur in Ἀζανία. Εὔδοξος ἐν ἕκτῃ Γῆς περιόδου φησὶν, ἐστι κρήνη τῆς Ἀζανίας, ἢ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι. Iterum alibi: Αἴγιον, πόλις Ἀχαίας, ὡς Εὔδοξος ἐν ἕκτῃ. Et in Ἀσίνη. Ὡς Εὔδοξος ἐν ἕκτῃ Γῆς περιόδου. Etiam apud Athenæum lib. VII. Εὔδοξος δὲ ἐν ἕκτῳ Γῆς περιόδου, γόγγρους δέ φησι πολλοὺς ἀνδραχθεῖς ἐν Σικυῶνι ἁλίσκεσθαι, ὧν ἐνίους εἶναι καὶ ἁμαξιαίους. Septimum citat ipſe noſter Apollonius infra cap. XXXVIII. Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος ἐν τῷ ἑβδόμῳ Γῆς περιόδου. Octavi mentionem habemus apud Harpocrationem in Λιπάρα. Μία τῶν καλουμένων Αἰόλου νήσων περὶ τὴν Σικελίαν ἡ Λιπάρα, ὡς Εὔδοξος ἐν ὀγδόῃ Γῆς περιόδου. Vides opus valde celebratum fuiſſe. Aliud quoque fuit Ὀκταετηρίς. Suidas: Ἔγραψε (Εὔδοξος) πλεῖστα τοῦ εἴδους τούτου, καὶ Ὀκταετηρίδα. Cenſorinus de die natali cap. XVIII. *Hanc Octaëterida vulgo creditum eſt, ab Eudoxo Cnidio inſtitutam; ſed hanc Cleoſtratum Tenedium ferunt primum compoſuiſſe, et poſtea alios aliter, qui menſibus varie intercalandis ſuas Octaëteridas protulerunt, ut fecit Harpalus, Nauteles, Mneſiſtratus, item alii, in quis Doſitheus: cujus maxime* Octaëteris Eudoxi inſcribitur. Referuntur quoque ejus Νόμοι. Diogenes Laertius in ejus vita: Ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιφανεστάτοις ἐγένετο, γράψας τοῖς ἰδίοις πολίταις Νόμους. Plutarchus contra Coloten lib. II. Εὔδοξος δὲ Κνιδίοις, καὶ Ἀριστοτέλης Σταγειρίταις, Πλάτωνος ὄντες συνήθεις, Νόμους ἔγραψαν. Denique eidem attributi Κυνῶν διάλογοι. Habes apud Diogenem item, loco citato: Φησὶ δὲ αὐτὸν Ἐρατοσθένης, ἐν τοῖς πρὸς Βάτωνα, καὶ Κυνῶν διαλόγους συνθεῖναι. Alter vero ab hoc erat Eudoxus *Cnidius Minor*, medicus, cujusque ipſe in libris Περιόδων meminit. Diogenes ibidem: Εὑρίσκομεν δὲ καὶ ἄλλον ἰατρὸν Κνίδιον, περὶ οὗ φησιν Εὔδοξος ἐν Γῆς περιόδῳ, ὡς εἴη παραγγέλλων ἀεὶ συνεχὲς κινεῖν τὰ ἄρθρα πάσῃ γυμνασίᾳ. Item tertius Eudoxus *Rhodius*; cujus opus

## CAP. XXV.

| | |
|---|---|
| Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ με- | Ariſtoteles in libro de Ebrie- |

Ἱστορίαι. Diogenes ibidem: Ἕτερος (Εὔδοξος) Ῥόδιος, Ἱστορίας γεγραφώς. Eſtque iſte, quem hic laudat Apollonius, item Etymologici auctor in Ἀδρίας. Εὔδοξος δὲ ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἱστοριῶν, τὸ πέλαγος, καὶ τὴν πόλιν ὀνομασθῆναι Ἀδρίαν φησὶν, ἀπὸ Ἀδρίȣ τȣ̃ Μεσσαπίȣ Παύσωνος. Quartus, qui Diogeni tertius, Eudoxus *Siculus*. Atque is Comicus erat. Diogenes ibidem: Τρίτος (Εὔδοξος) Σικελιώτης, παῖς Ἀγαθοκλέȣς, ποιητὴς κωμῳδίας, νίκας ἑλὼν, ἀστικὰς μὲν τρεῖς, ληναϊκὰς δὲ πέντε, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος Χρονικοῖς. Et hic ipſe eſt cenſendus, cujus Ναύκληρος citatur a Polluce lib. VII. cap. XXXIII. Τὸ δὲ ὄνομα τȣ̃το εἴρηκέ τις τῶν νέων κωμῳδιῶν Εὔδοξος, ἐν Ναυκλήρῳ δράματι. Meurs. Eudoxus Aeſchinis filius, Cnidius major Archytæ Pythagorei, Philiſtionis Medici ac Platonis auditor, Aſtrologus non minus inſignis, quam Geometra inclytus fuit, circa Olymp. CIII. De eo Phanocriti liber Athenæo lib. VII. laudatus intercidit. Eudoxi Ἀστρονομία δι' ἐπῶν haud verſibus ſcripta eſt, et fallitur Suidas, qui eum poëtam facit, nam quæ ex illa Hipparchus allegat, proſa oratione decurrunt. Eudoxi θεωρήματα περὶ τὰ στερεὰ laudat Archimedes. Etiam Eudoxum de Muſica ſcripſiſſe nonnihil conjici poteſt e Theone Smyrnæo, qui ex Eudoxo refert rationem conſonantiarum numeris comprehendi, et graves vel acutos tonos dependere a tardo vel acuto motu. Fuit et alius Eudoxus *Cyzicenus*, de quo ut de Rhodio Voſſius in Hiſt. Græca, p. 29. Teuch.

Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης) Ariſtotelis iſte liber non memoratur a Diogene in Catalogo ejus operum; niſi forte corrupta iſta, περὶ μεγέθȣς, α. ſcribendumque περὶ μέθης, α. Quod ut non abnuerim plane, ita ſine libris tamen adjuvantibus non omnino affirmandum eſſe cenſeo. Certe περὶ μέθης ſcripſiſſe Ariſtotelem, luculentus mihi teſtis Athenæus lib. X. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Μέθης φησὶν, εἰ ὁ οἶνος μετρίως ἀφεψηθείη, πινόμενος ἧττον μεθύσκει. Iterum: Ἀλλ', ὡς φη-

φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Μέθης, εἰς τὰ νῶτα καταπίπτουσιν οἱ τὸν κρίθινον πεπωκότες. Et occurrit pluries quoque libro XI. Macrobius Sat. lib. VII. cap. VI. *Legiſſe apud Philoſophum Græcum memini, ni fallor, ille Ariſtoteles fuit, in libro, quem* de ebrietate *compoſuit; mulieres raro in ebrietatem cadere, crebro ſenes.* Ut autem opus hoc περὶ μέθης non memoratum eſt Diogeni, ita alia etiam plura, in his Νόμιμα βαρβαρικά. Laudat ſupra hic Apollonius cap. XI. item Varro, cujus ibi locum profero. περὶ Ἑρμιόνης ἱερȣ̃. Scholiaſtes Theocriti Idyll. XV. Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ, ἐν τῷ περὶ Ἑρμιόνης ἱεροῦ ἰδιώτερον περὶ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἥρας γάμου. Περὶ κυάμων. Diogenes Laertius in Pythagora lib. VIII. Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Κυάμων, παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις. Περὶ ποταμῶν. Plutarchus extremo lib. de Flum. Καθὼς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν τετάρτῳ περὶ Ποταμῶν. Περὶ μετάλλων. Olympiodorus in Meteora; Πράξει α. Σύνθετα ὁμοιομερῆ ἄψυχα, ἅπερ διδάσκει (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐν τῷ πέρατι τοῦ τρίτου τῆς παρούσης πραγματείας, καὶ ἐν τῇ μονοβίβλῳ περὶ Μετάλλων γεγραμμένῃ. Τελεταί. Scholiaſtes Apollonii lib. IV. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Τελεταῖς φησὶ, μηδὲ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα, μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. Θεολογούμενα. Macrobius Sat. lib. I. cap. XVIII. *Ariſtoteles, qui* Theologumena *ſcripſit, Apollinem, et Liberum patrem, unum eundemque deum eſſe, quum multis argumentis aſſerat, etiam apud Ligyreos ait in Thracia eſſe adytum, Libero conſecratum, ex quo redduntur oracula.* Περὶ ἰχθύων. Athenæus lib. VII. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ Ἰχθύων ἀγελαῖον καὶ ἐκτοπιστικὸν, εἶναι (φησὶ) τὴν θυννίδα. Παράδοξα. Plutarchus in Parallelis: Ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην εὐειδεστάτην, Ὀνόσκελιν τοὔνομα, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν δευτέρᾳ Παραδόξων. Κωμικοί. Erotianus in Lexico Hippocratis: Ἡρακλείης νόσου τῆς ἐπιληψίας. διὰ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ νοσήματος, καὶ τὸ δυσκαταμάχητον, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Κωμικοῖς. His adjungatur etſi ſuſpecta Ἀπολογία- Athenæus lib. XV. Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ, εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος, φησίν. Item

μέθης, Ἄνδρων, φησὶν, Ἀργεῖος ἐσθίων πολλὰ, καὶ ἁλμυρὰ, καὶ ξηρὰ, δι᾽ ὅλου τοῦ βίου ἄδιψος καὶ ἄποτος διετέλεσεν· ἔτι δὲ πορευθεὶς εἰς Ἄμμωνα διὰ τῆς ἀνύδρου ὁδοῦ, ἄλφιτα ξηρὰ σιτούμενος, οὐ προσηνέγκατο ὑγρόν· τοῦτο δὲ ἐποίησε δι᾽ ὅλου τοῦ βίου.

Ebrietate, Andro, inquit, Argivus per omne vitæ ſuæ tempus ſiti potuque caruit, quamquam multis cibis, et ſalſis et ſiccis veſceretur, idemque ad Ammonem profectus, per aquæ expertem viam, ſicco victu utens, nullum adhibuit humorem, idque per totam vitam fecit.

## CAP. XXVI.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου φησὶ, τὴν χελώνην, στερισκομένην τῆς καρδίας, ζῆν· οὐκ

Ariſtoteles in libro de Vita et Morte ſcribit, teſtudinem, corde privatam, vivere: id autem non

Πέπλος. De quo vide, quæ mihi nuper annotata in Panathenæis cap. XVIII. Meurs.

Ἄνδρων, φησὶν, Ἀργεῖος) Meminit hujus quoque Andronis Diogenes Laertius in Pyrrhone lib. IX. Ἄνδρων δὲ ὁ Ἀργεῖος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὥδευσεν ἄποτος. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. lib. I. cap. XIV. Ἄνδρων ὁ Ἀργεῖος οὕτως ἄδιψος ἦν, ὡς καὶ διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὁδεύειν αὐτὸν, οὐ μὴ ζητοῦντα ποτόν. Meurs.

Ἔτι δὲ πορευθεὶς εἰς Ἄμμωνα) Pro δὲ in Græco fortaſſis non δὲ ſed δὶς legendum, quod ad augendum facit miraculum XYL. Si diſcedendum eſſet ab ea lectione, quam dedit Meurſius, poſſet forſitan etiam legi διαπορευθείς. Teuch.

Στερισκομένην τῆς καρδίας ζῆν) Verba Ariſtotelis ecce iſta: Χωριζομένων γὰρ τῶν σπλάγχνων ποιεῖται κίνησιν, οἷον καὶ αἱ χελῶναι τῆς καρδίας ἀφῃρημένης. Meurs. Etiam exſecto capite fibrarum motum in teſtudinibus continuari videmus. Teuch.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0078-3

ἐκ ἔτι δὲ διώρισεν ποίαν αὐτὴν, ἢ τὴν χερσαίαν, ἢ τὴν ἔνυδρον.

non expreſſit, utrum terreſtrem, an aquaticam diceret.

## CAP. XXVII.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς (δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι, ἡ μὲν περὶ ζώων, ἡ δὲ περὶ τῶν ζωϊκῶν,) οἱ φθεῖρες, φησὶν, ἐν τῇ κεφαλῇ ἐν ταῖς μακραῖς ἐ φθίνεσι νόσοις, μελλόντων τελευτᾷν τῶν πασχόντων, ἀλλ' ἐπὶ τὰ προσκεφάλαια εὑρίσκονται, προλελοιπότες τὴν κεφαλήν.

Idem auctor in opere de rebus animalibus (duo enim ſunt ejus opera, unum de animalibus, alterum de rebus ad animalia pertinentibus,) pediculos capitis tradit in longis morbis non perire, morituris ægrotis, ſed inveniri in pulvinaribus, ad quæ, deſertis capitibus ægrotorum, tranſeant.

## CAP. XXVIII.

Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς, ὁ ῥύπος, φησὶν, ἐν τοῖς ὠταρίοις γιγνόμενος, πικρὸς ὢν, ὅτ' ἂν τελευτᾷν μέλ-

Idem eodem in opere ſordes tradit, quæ in auribus naſcuntur, quum ſint alioquin amaræ, moritu-

Ἢ τὴν χερσαίαν, ἢ τὴν ἔνυδρον) Id de terreſtri et aquatica teſtudine intelligendum eſt, quoniam eadem eſt utrique natura, neque teſtudines aquaticæ ſemper in aqua permanent, ſed interdum etiam in terram venire ſolent. Teuch.

Προλελοιπότες τὴν κεφαλὴν) Cauſam hanc putat eſſe Julius Cæſar Scaliger, quod pediculi ament teporem, et ſuccum ſanguineum et dulcem, quibus negatis loca petant commodiora. Teuch.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0079-1

μέλλωσιν ἐν ταῖς μακραῖς νόσοις, γλυκὺς γίνεται· τῦτο δὲ (φησὶν) παρατετήρηται ἐπὶ πολλῶν γιγνόμενον ἀποδέδωκε δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τῦ γιγνομένυ ἐν τοῖς Φυσικοῖς Προβλήμασιν.

rituris in longis morbis fieri dulces, idque in multis eſſe obſervatum, et cauſam rei reddidit in Quæſtionibus Naturalibus.

## CAP. XXIX.

Θεόφραςος ἐν τῇ περὶ φυτῶν πραγματείᾳ, ἐὰν αἱ μῆτραι φησὶ, προσπέσωσιν, αριςολοχίαν, ἐν ὕδατι βεβρεγμένην, καταντλείσθωσαν πλείονας ἡμέρας.

Theophraſtus in libro de Hiſtoria plantarum, ſi matrices, inquit, prociderint, ariſtolochia, aqua imbuta, irrigentur per multos dies.

## CAP. XXX.

Ἀριςόξενος δὲ ὁ μυσικὸς τεταρταΐζοντας τὴν ἐλξί-

Ariſtoxenus muſicus, eos, qui laborant quartana,

Ἐν μακραῖς νόσοις γλυκὺς γίνεται) Ratio ſecundum Ariſtotelem quærenda eſt in ſudore frigido et defectu caloris externi: ut enim amaræ ſint ſordes aurium, facit ſudor ſalſus et putris a calore externo: confer Ariſtot. Probl. ſect. XXXII. qu. IV. et ſect. II. qu. II. et XXXIII. Caſſius Jatroſophiſta Probl. XXXII. rem fieri dicit propter immutatum hominis ſtatum naturalem, quod aurium ſordes ſecundum naturam ſint amaræ. Teuch.

Ἐν τῇ περὶ φυτῶν πραγματείᾳ) Locus Theophraſti, quem reſpexit, exſtat de Hiſt. Plant. lib IX. cap. XIII. ubi de ariſtolochiæ hujus viribus agit: Ἐὰν δὲ αἱ μῆτραι προσπέσωσι, τῷ ὕδατι ἀποκλύζειν. Meurs.

Ἀριςόξενος δὲ ὁ μυσικὸς) Scribe Ἀριςόξενος δὲ, ὁ Μυσικός.

ξίνην φησὶν βοτάνην, μετὰ ἐλαίε τριβομένην, καὶ συγχριο- | tana, dicit helxinen ſeu parietariam herbam, cum oleo

κός. Nam Medici illud eſt, quod tradit, et non Muſici. Vide quæ notata mihi ad Ariſtoxenum, in Notarum ipſo initio, ubi de Herophileo Ariſtoxeno, ejusque ſcriptis, a me agitur. Meurs. Ariſtoxenus hic muſicus antiquiſſimus, ſcriptorum muſicorum, qui ætatem tulerunt, Tarentinus, Spinthari Muſici filius et patris primum et Lamprii Erythræi, deinde Xenophili Pythagorici, ac denique Ariſtotelis diſcipulus fuit. Scripſit libros quadringentos et quinquaginta duos, ut Suidas affirmat, quorum pauciſſimorum tituli ſuperſunt. Exſtant ejus Ἁρμονικῶν ϛοιχείων ſive ut Proclus III. in Timæum vocat ἁρμονικῆς ϛοιχειώσεως libri tres, quos Græce primus vulgavit Joannes Meurſius cum Nicomacho et Alypio Lugduni Batavorum ↀↀCXVI. 4. ac deinde M. Meibomius, cum fragmentis aliis muſicis ineditis ſex ſcriptorum, Euclidis, Nicomachi, Alypii, Gaudentii, Bacchii et Ariſtidis Quintiliani Amſtelodami ↀↀLI. 4. Quorum autem titulos habemus, ſunt ii, qui ſequuntur Ἀποφθέγματα Πυθαγορικά. Stobæus ſerm. X. XLI. XCIX. et LXXVII. Περὶ αὐλητῶν ἢ περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων. Ath. l. XIV. Περὶ αὐλῶν τρήσεως, cujus operis librum laudat idem Athenæus. Βίοι ἀνδρῶν, in quo libro vita Socratis, Platonis, Pythagoræ, Archytæ, Lycurgi et multorum Philoſophorum Pythagoricorum ac Muſicorum, tum Lycurgi et aliorum continebantur. Non ſine ſumma voluptate illud Ariſtoxeni opus legi potuiſſe, Plutarchus libro quod non ſuaviter vivi poſſit ſecundum Epicurum teſtatur. Ἐπιμήθεια. Fulgentii Mythol. l. II. c. IX. Nam et Ariſtoxenus in Epimetheiorum libro quem ſcripſit, ſimilia profert. Ἱϛορίαι memorantur a Suida. Περὶ Μεσικῶν libri ab harmonicis diverſi, in quibus alias partes Muſicæ rhythmicam, metricam, organicam, poëticam et hypocriticam, tum et hiſtoriam muſicam tradiderat. In quarto περὶ μελοποΐας laudatur a Porphyrio ad Harmonica Ptolemæi. Παιδευτικοὶ νόμοι. Laudat Diogenes Laertius l. VIII, c. XV. reſpiciuntque ſcholia

χριομένην πρὸ τῆς λήψεως, ἀπολύειν τοῦ πάθους.

oleo tritam, ſi corpori ante acceſſum febris inungatur, morbo liberare.

## CAP. XXXI.

Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν, τὰ πρόβατα, φησὶν,

Theophraſtus in libro de Plantis, oves in Ponto,

lia Græca ad Heſiodum. Πολιτικοὶ νόμοι. Liber octavus allegatur ab Athenæo lib. V. Πραξιδαμάντεια. Harpocr. τὰ σποράδην. Laert. l. I. c. CVII. Συγκρίσεις Athen. l. XIV. Σύμμικτα συμποτικά. Athen. l. XIV. Περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως, librum primum allegat Etymol. in σίκιννις. Numerus libri excidiſſe videtur apud Harpocrat. in κορδακισμός. Περὶ τραγῳδοποιῶν. Ammonius librum primum laudat in ῥύεσθαι. Τὰ κατὰ βραχὺ Ὑπομνήματα allegantur ab Athen. lib. XIV. Ὑπομνήματα ἱστορικά. Laert. l. IX. c. XL. Citat etiam Ariſtoxeni σύμμικτα ὑπομνήματα e libro quarto Photius Cod. CLXI. Scripſit etiam de Socrate ac de Platone et Platonica Philoſophia, quæ ſcripta pariter perierunt. Nunc de aliis Ariſtoxenis dicatur. Aristoxenus Medicus fuit Herophileus, Alexandri Philalethis, qui Demoſthenem Philalethem Ophthalmicum audierat diſcipulus, vixit initio primi ſeculi æræ Chriſtianæ, ejus librum XIII. περὶ Ἡροφίλου αἱρέσεως laudat Galenus de diff. pulſuum lib. IV. Aristoxenus Cyrenaicus Philoſophus nulla re niſi gula celebris, dictusque κώλην ſive ventroſus, ut Athenæus auctor eſt. Alium Ariſtoxenum philoſophum Pythagoreum memorat Stobæus. Aristoxenus Selinuntius Poeta fuit Epicharmo antiquior et ab Euſebio relatus ad Olymp. XXIX. Teuch.

Ἀπολύειν τοῦ πάθους) Hodie parietaria maxime hydropi et calculo renum adhibetur. Teuch.

Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν) Hunc Theophraſti quoque locum citat Stephanus in Ἄψινθος. Ἔστι καὶ εἶδος φυτοῦ, περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος, ὅτι Θεόφραστος ἐν τῷ

σὶν, τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα, ἐκ ἔχει χολήν.

to, abſinthio veſcentes, ait bile carere.

## CAP. XXXII.

Θεόφραςος ἐν τῷ περὶ Φυτῶν, ἐν Ἰνδοῖς μὴ γίνεσθαι μήτε ἐρέβινθον, μήτε φακὸν, μήτε κύαμον.

Eodemque in opere perhibet, apud Indos neque cicerem naſci, neque lentem, neque fabam.

## CAP. XXXIII.

Ἔτι Θεόφραςος ἐν τῷ ή, περὶ Φυτῶν, τῆς Βακτριανῆς ὁδὲ ἔν τισι κώμαις πυρὸν γίγνεσθαι ἕτως εὐγενῆ,

Rurſus libro octavo ejus operis, in itinere Bactriano ait quibusdam in vicis triticum ita præcla-

τῷ περὶ Φυτῶν ἐννάτῳ, τὰ πρόβατα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ, τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα, ἐκ ἔχει χολήν. Plinius non de ovibus iſtud ſpeciatim, verum de hominibus tradit lib. XI. cap. XXXVII. *Carent eo (felle) qui abſinthium veſcuntur in Ponto.* Meurs. Etiam oves apud Chalcidem Euboicam felle carere perhibet Ariſtoteles de partibus animalium lib. IV. cap. 2. Omnino varia animalia ſine felle eſſe antiqui putabant, quod hodie ſecus eſſe deprehenditur: cæterum abſinthium inter medicamenta bilem purgantia referri notum eſt. T.

Ἐν Ἰνδοῖς μὴ γίνεσθαι μήτε ἐρέβινθον) Alicubi tamen etiam apud Indos, ut in regno Indoſtani, ciceres, lentes et fabas naſci docent itineraria. Teuch.

Θεόφραςος ἐν τῷ η περὶ Φυτῶν) Lib. VIII. cap. IV. eſt iſte locus, quem deſignat. Καὶ περὶ τὴν Ἀσίαν, πόῤῥω Βάκτρων, ἐν μέν τινι τόπῳ ἕτω ἁδρόν φασιν εἶναι τὸν σῖτον, ὥςε πυρῆνος ἐλαίας μέγεθος λαμβάνειν. Meurs.

γενῆ, ὥςε πυρῆνος ἐλαίας τὸ μέγεθος ἴσχειν.

clarum naſci, ut ejus grana nucleos olearum magnitudine æquent.

## CAP. XXXIV.

Ὁ αὐτὸς φιλόσοφος ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Ζακύνθῳ γῆ μιγνυμένη, φησὶ, τῷ σίτῳ εὐγενέςερον ποιεῖ φαίνεσθαι τοῦτον.

Idem philoſophus Olympiæ et Zacynthi terram mixtam frumento efficere, ut id melius videatur.

## CAP. XXXV.

Τῶν παρατετηρημένων ἐςὶ δὲ καὶ τοῦτο, τὰς ἐγκύους τῶν γυναικῶν συνεχῶς πλησιαζούσας τοῖς ἀνδράσιν, εὐκόπως καὶ ἀκακοπαθήτως τίκτειν· εἴρηκεν δὲ τοῦτο καὶ Ἀριςοτέλης ἐν τῇ ζ τῶν Ἱςοριῶν.

Id quoque obſervando cognitum eſt, gravidas mulieres, ſi crebro cum viris coëant, facile, et ſine dolore, parere, quod ipſum Ariſteteles quoque, libro Hiſtoriarum ſeptimo, pronuntiavit.

CAP.

Ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Ζακύνθῳ) Reſtituendum puto: Ὁ αὐτὸς φιλόσοφος, ἐν Ὀλύνθῳ, καὶ Κηρίνθῳ, γῆ μιγνυμένη, φησὶ, τῷ σίτῳ, εὐγενέςερον π. φ. τ. Verba Theophraſti, quæ in oculis habuit, ecce iſta, Hiſt. Plant. lib. VIII. cap. XI. Δοκεῖ δὲ καὶ γῆ τις εἶναι παρά τισιν, ἡ διαπαττομένη συντηρεῖ τὸν πυρὸν, ὥσπερ ἥ τε ἐν Ὀλύνθῳ, καὶ ἐν Κηρίνθῳ τῆς Εὐβοίας. Meurs. Nihil neceſſe eſt emendare, quum enim revera Olympia ſit urbs Elidis, et Zacynthus inſula maris Jonii, poteſt Apollonius Theophraſtum negligentius transſcripſiſſe. Teuch.

Ἀριςοτέλης ἐν τῇ ζ τῶν ἱςοριῶν) Intelligit opus περὶ ζώων ἱςορίας: nam hoc ipſum ab illo traditur Hiſt. Anim.

## CAP. XXXVI.

Σώτακος ἐν τῷ περὶ λί-
θων ὁ Καρύστιος (Φησὶν)
λεγόμενος λίθος ἐπιφύσεις
ἔχει ἐριώδεις, καὶ χροώ-
δεις, ἐξ οὗ νήθεται, καὶ ὑ-
φαίνεται χειρεκμαγεῖα·
στρέ-

Sotacus in libro de lapidibus, lapis, inquit, is qui Caryſtius dicitur, annata ſibi habet lanea quædam, et colorata, ex qua materia nentur ac texun-

Anim. lib. VII. cap. IV. iſtis verbis: *Αἱ δὲ πλησιάζουσαι πρὸ τῶν τόκων, θᾶττον τίκτουσι.* Meurs. Non hoc ipſum traditur ab Ariſtotele: is enim tantummodo dicit, gravidas, quæ ante partum cum viris coëant, citius parere, non dicens de frequentiore concubitu: illud tamen certum eſt, eas mulieres, quæ crebrius concumbunt, ſi gravidæ fiant, facilius et minoribus cum doloribus parere, quia nimirum ſæpius parere ſolent. Teuch.

*Σώτακος ἐν τῷ περὶ λίθων)* Ita ſcribendum pro vulgato *Τάκος ἐν τῷ περὶ λίθων.* Plinius lib. XXXVI. cap. XVI. *Quinque genera magnetis Sotacus demonſtrat.* Item cap. XX. *Sed Sotacus, e vetuſtiſſimis auctoribus, quinque genera hæmatitarum tradit.* Iterum lib. XXXVII. cap. II. *Sotacus tradidit in Britannia arboribus effluere, quas electridas vocavit.* Et mox cap. VI. *Talesque eſſe Indicas tradunt Iſmenias, Demoſtratus, Zenothemis, Sotacus.* Nec multo poſt: *Sotacus et Arabicam onychem tradit, ſed eam a cæteris diſtare.* Solinus Polyhiſt. cap. XXIII. *Auctor Sotacus gemmam hanc etiam ſibi viſam ſcribit.* Vides Plinium et Solinum, ubi de lapidibus agunt, hunc citare, quod ſat clarum argumentum rectæ emendationis. Meurs.

*Ἐξ οὗ νήθεται, καὶ ὑφαίνεται χειρεκμαγεῖα)* Eadem de mantilibus e Caryſtio lapide tradit etiam Strabo lib. X. *Ἐν δὲ τῇ Καρύστῳ καὶ ἡ λίθος φύεται, ἡ ξαινομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τὰ ὑφάσματα χειρόμακτρα γίνεσθαι, ῥυπωθέντα δ' εἰς φλόγα βάλλεσθαι, καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τῇ πλύσει τὸν πῖνον παραπλησίως.* Et Stephanus in *Κάρυστος*, totidem pæne verbis: *Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει γίνεται λίθος, ἡ ξαινομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τῇ ὑφῇ χειρόμακτρα γίνεσθαι, ῥυπωθέντα δὲ, εἰς*

F

φλόγα

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0085-1

στρέφουσι δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐλλύχνια, καὶ ἐστὶ καιόμενα λαμπρὰ, καὶ ἀκατάκαυστα· τῶν δὲ ἐκμαγείων τῶν

texuntur, mantilia: atque etiam lucernarum funiculi ex eo torquentur, qui ardentes ſplendent,

φλόγα βάλλεσθαι, καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τὸν πῖνον τῇ πλύσει παραπλησίως. Breviter, ut omnia, Solinus cap. XVII. *Caryſtos aquas calentes habet, quas* Ἑλλοπίας *vocant; et Caryſtias aves, quæ flammas involant: et carbaſa, quæ inter ignes valent.* Ubi legendum equidem cenſeo, *quæ inter ignes lavent.* Vult enim dicere, lavari conſueviſſe, in ignem abjecta: quod conſenſu omnes dicunt. Habes quoque apud Plutarchum de Defectu Orac. Τῆς δ' ἐν Καρύστῳ πείρας, χρόνος οὐ πολὺς, ἀφ' οὗ πέπαυται μηρύματα λίθων μαλακὰ νηματώδη συνεκφέρουσα· καὶ γὰρ ὑμῶν ἑωρακέναι τινὰς οἴομαι χειρόμακτρα, καὶ δίκτυα, καὶ κεκρυφάλους ἐκεῖθεν, οὔτε περικαιομένους, ἀλλ' ὅσ' ἂν ῥυπανθῇ χρωμένων, ἐμβαλόντες εἰς φλόγα, λαμπρὰ καὶ διαφανῆ κομίζονται· νῦν δὲ ἠφάνισται, καὶ μόλις οἷον ἶνες, ἢ τρίχες ἀραιαὶ, διατρέχουσιν ἐν τοῖς μετάλλοις. Ubi vides, deſiiſſe jam Plutarchi tempore. Plinius, nulla Caryſti mentione, quod mirandum, Indiæ lapidem iſtum tribuit. Ecce lib. XIX. cap. I. *Inventum eſt etiam, quod ignibus non abſumeretur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis, ſplendeſcentes igni magis, quam poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ, corporis favillam ab reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertis, aduſtisque ſole Indiae, ubi non cadunt imbres, inter diras ſerpentes.* Meurs.

Καὶ ἐλλύχνια) Ita poſui pro vulgata lectione καὶ ἐν λυχνίᾳ. Teuch.

Καὶ ἀκατάκαυστα) Ita qui ex lapide, qui apud Bottiæos in Thracia naſcatur, ſolis appulſu ignis exſiliat, accenſas ad eum ignem lucernas, quibus carbonum ardentium colorem inducat, inconſumtas, etiamſi exſtinguantur, facere perhibet Antigonus Hiſt. Mirab. cap. CLXXXIV. Ibi enim in verbis ἐκεῖνος δὲ ἵνα παρέχῃ γνοὺς μὲν τὴν τῶν ἀνθράκων χροιὰν διαμένοντας ἀφθάρτους,

τῶν ῥυπαινομένων ἡ πλύσις γίγνεται οὐ δι' ὕδατος, ἀλλὰ κληματὶς κάεται, καὶ

dent, neque cremantur. Porro mantilia ſordidata non aqua eluuntur, ſed cle-



τους, lego ἐκεῖνος δὲ εἶναι παρέχει λύχνους μὲν τὴν τῶν ἀνθράκων χροιὰν etc. quem locum a Bentlejo deſperatum Schneiderus ſic reſtituere conatus eſt: ἐκείνοις δ' οὖν παρέχειν τοῖς μὲν τὴν τῶν ἀνθράκων χρείαν etc. Ignoſcant mihi lectores, ſi hoc licet incommodiore loco aliam meam ſcripturæ corruptæ apud Antigonum emendationem proferam. Cap. CXXVII. citantur ex Aeſchyli Toxotidibus verſus depravati:

Ἄδων ταῖς ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἄσει μὴ βλεμμάτων ῥεπιβελη·

quos ita ſanare tentavit Salmaſius ad Solinum:

Ἄδην γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀτρέπτη βλεμμάτων ῥέπει βολή·

Cornelius vero Pavus ad Aeſchyli fragmenta:

Ἄδων τάδ' ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἄνειμι vel ἄπειμι βλεμμάτων γ' ἐπήβολος·

Toupius ad Suidam:

Κάτω γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀγεύστοις βλεμμάτων ῥέπει βολή·

Valquenarius in obſervationibus:

Γάμων γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀπειθὴς βλεμμάτων ῥέπει βολή·

et Heathius ad Tragicos:

Αἰδὼς γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀπείροις βλεμμάτων πρέπει βολή·

at ego longe minori mutatione reſcribo:

Ἄδων τάδ' ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἄπειμι βλεμμάτων ἔπη βολῇ,

et interpretor: *Canens hæc carmina caſtis virginibus a nuptialibus lectis abſum oculorum conjectu*, id eſt, *non reſpicio ad lectos nuptiales.* Teuch.

Κληματὶς κάεται) Immo quovis majore igne facto lintea ex amianto contexta purgantur. Κάεται Attice pro καίεται poſitum eſt. Moeris Atticiſta: Κλάειν καὶ κάειν μετὰ τοῦ α Ἀττικῶς, μετὰ τοῦ ι Ἑλληνικῶς. Thomas Magiſter: Κλάειν καὶ κάειν Ἀττικὰ, κλαίειν δὲ καὶ καίειν Ἑλ-

καὶ τότε τὸ ἐκμαγεῖον ὑποτίθεται· καὶ ὁ μὲν ῥύπος ἀποῤῥεῖ, αὐτὸ δὲ λευκὸν, καὶ καθαρὸν γίνεται ὑπὸ τοῦ πυρός· καὶ πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἐγχρήζει χρείας τὰ δ᾽ ἐλλύχνια μένει τὸν ἅπαντα χρόνον ἀκατάκαυστα καιόμενα μετ᾽ ἐλαίου· δοκιμάζει δὲ καὶ τοὺς πτωματιζομένους ἡ ὀσμὴ τοῦ ἐλλυχνίου καιομένου· γίγνεται δὲ ὁ λίθος οὗτος καὶ ἐν Καρύστῳ μὲν, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα ἔλαβεν· πολὺς δὲ ἐν Κύπρῳ, καταβαινόντων ἀπὸ τοῦ Γεράνδρου ὡς ἐπὶ Σόλους

clematis comburitur, impoſitoque mantili ſordes evaneſcunt, ipſumque album ab igne purumque redditur, ac prioribus commodum uſibus. Lucernarum autem funiculi accenſi cum oleo, nullo unquam tempore comburuntur, atque odore harum lucernarum explorantur, qui morbo laborant caduco. Lapis iſte naſcitur Caryſti, unde et nomen gerit: frequens tamen etiam in Cypro exſtat, qua a Geran-

Ἑλληνικά, et ſic etiam paſſim apud Antigonum *κάειν* ſcribitur. Teuch.

Ἀκατάκαυστα) Ita ſcribe pro vulg. *ἀκατασκεύαστα*. Sic paullo ante dixit, in hac ipſa narratione: *καὶ ἐστὶ καιόμενα λαμπρὰ, καὶ ἀκατάκαυστα.* Meurs.

Τοὺς πτωματιζομένους) Intellexi epilepticos, quamquam nullo exemplo fretus. Xyl.

Πολὺς δ᾽ ἐν Κύπρῳ) In Cypro etiam talis lapis, *ἀμίαντος* dictus. Dioſcorides lib. V. cap. CLVI. *Λίθος ἀμίαντος γεννᾶται μὲν ἐν Κύπρῳ, στυπτηρίᾳ σχιστῇ ἐοικώς· ὃν ἐργαζόμενοι ὑφάσματα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, ὄντος ἱμαντώδους πρὸς θέαν, ἃ βληθέντα εἰς πῦρ, φλογοῦνται μὲν, λαμπρότερα δὲ ἐξέρχονται, μὴ κατακαιόμενα.* Meurs. Non ſolum in Cypro inſula, ſed etiam in Italia, Hiſpania, Anglia, Gallia, Sileſia, Saxonia, Bohemia, Ungaria, Moſcovia, Siberia, India et Arabia, ipſaque Grœnlandia naſcitur amiantus, ſeu asbeſtus lapis, ſed optimus eſt qui in Aſia provenire ſolet. Teuch.

Ἀπὸ τοῦ Γεράνδρου) Gerandrum et Elmæum in Cypro quæro,

Σόλȣς πορευομένοις, ἐν ἀριϛερᾷ τȣ̃ Ἐλμαίȣ ὑπὸ κάτω πετρῶν· καὶ κατὰ τὸ πανσέληνον αὔξεται, καὶ πάλιν, φθίνοντος τȣ̃ σελήνȣ μειȣ̃ται καὶ ὁ λίθος.

randro Solos verſus iter deorſum ducit, ad lævam Elmæi infra rupes: augeſcit circa plenilunium, rurſumque, luna decreſcente, minuitur.

CAP. XXXVII.

Ἀριϛοτέλης ἐν Φυσικοῖς Προβλήμασιν, τῶν κυρτῶν βαρεῖα ἡ ἀναπνοὴ διὰ τȣ̃ ϛόματος ἐξέρχεται· ἀποδέδωκεν δὲ καὶ τȣ̃ γιγνομένȣ τὴν αἰτίαν.

Ariſtoteles in Phyſicis Quæſtionibus ait, curvorum ex ore gravem exire halitum, reddita etiam hujus rei cauſa.

CAP. XXXVIII.

Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος ἐν τῷ ζ Γῆς Περιόδȣ, φησὶν ἐπὶ πᾶσι τῶν ἐν Λιβύῃ τι ἔθνος εἶναι, οἳ ὑπεράνω Σύρτεων δὲ καὶ Καρχηδόνος πρὸς ἀνατολὰς κείμενοι, καλȣ̃νται Γύζαντες, οἵτινες

Eudoxus Cnidius in ſeptimo Circuitionis libro ait, in Africa quandam eſſe gentem, quæ ſupra Syrtes, et Carthaginem, verſus Orientem incolat, qui Gyzantes ap-



ro: certe nec Strabo, qui hanc accurate ſat deſcribit, neque veterum etiam quisquam, alterutrius facit mentionem ullam. Meurs.

Μειȣ̃ται καὶ ὁ λίθος) Quod proprie de alio lapide, qui ſelenites vel lapis lunaris vocatur, translucido, candidique et mellei fulgoris, et ad lunæ ſplendorem micante produnt Dioſcorides, Plinius, Solinus et alii. Teuch.

Τῶν κυρτῶν βαρεῖα ἡ ἀναπνοή) Cauſam affert Ariſtoteles, quia incurvis locus pulmoni accommodatus incluſus deflexusque eſt a ſua proceritate, itaque ſpiritum transmittere expedite nequit, unde fit, ut vapor et ſpiritus amplius intercluſus putreſcat. Probl. ſect. XIII. qu. X. Teuch.

νες τέχνην ἐπιτηδεύουσιν, τὰ ἄνθη συλλέγοντες, τὰ ἐν τοῖς τόποις, μέλι ποιεῖν τοσοῦτον, καὶ τοιοῦτον, ὥστε γίγνεσθαι οἷον τὸ ὑπὸ τῶν μελισσῶν γιγνόμενον.

appellentur, hancque exerceant artem, quod flores iſtis in locis colligant, melque ea copia et qualitate ex iis conficiant, ut apum æquet mellificium.

## CAP. XXXIX.

Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἐκλογαῖς τῶν Ἀνατομῶν φησὶν, ὄφις ὤφθη ἐν Πάφῳ, πόδας ἔχων δύο, ὁμοίας χερσαίῳ κροκοδείλῳ.

Ariſtoteles in Diſſectionum ſelectis annotationibus, in Papho, ait, ſerpens viſus eſt duos pedes habens, perinde ac crocodilus terreſtris.

## CAP. XL.

Ἀριστόξενος ὁ Μουσικὸς ἐν τῷ Τελέστου βίῳ φησὶν, ᾧπερ ἐν Ἰταλίᾳ συνεκύρησεν, ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν γίγνεσθαι πάθη, ὧν ἓν εἶναι καὶ τὸ περὶ τὰς γυναῖκας γενόμενον ἄτοπον· ἐκστάσεις γὰρ γίγνεσθαι τοιαύτας, ὥστε ἐνίοτε καθημένας, καὶ δειπνούσας, ὡς καλοῦντός

Ariſtoxenus muſicus in Vita Teleſtæ, qui cum in Italia vixit, uno eodemque tempore duo mala eveniſſe refert, quorum unum mulieribus acciderit, prorſus inuſitatum; tantas enim iis fuiſſe mentis alienationes, ut interdum ſedentes,

Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Ἐκλογαῖς τῶν ἀνατομῶν) Ariſtoteles, ut ex Diogene Laertio diſcimus, ſcripſit Ἀνατομῶν libros VIII. et ſeorſim Eclogarum ex eo opere, librum unum. Ecce enim in catalogo: Ἀνατομῶν, α, β, γ, δ, ε, ϛ, ζ, η. Ἐκλογὴ ἀνατομῶν, α. Meurs.

Ἀριστόξενος ὁ Μουσικὸς ἐν τῷ Τελέστου βίῳ) Inſigne quondam Ariſtoxeni opus fuit, de vitis virorum illuſtrium, cujus fragmenta, quæ mihi obſervata pridem, vide in notis ad ejus Muſica, quæ vulgavi. Meurs.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-480909-p0090-1

